inter præſentes, & xx. inter abſentes alum tñ habeat titulum ſaltẽ coloratũ vt colligitur ex no. p gl. & Doc. in c. cõtingit. de dolo & cõtu. & Abb. Sic. in c. j. in literis. de reſt. ſpo. & no. hic Io. And. & in regula ſeq. in Mercu. & gl. & Doct. in c. vno. de eo q̃ mittitur in poſ. cau. rei ſeru. s̃. eo. lib. & gl. in d. c. j. de paſcifi. poſ. ſuper verbo, triẽniũ. ſed hodie per illũ text. qui poſſedit per triẽnniũ habens coloratũ titulũ tam in petitorio quàm in poſſeſſorio, nõ pôt à quoquam etiã ratione iuris nouiter impetrati moleſtari: exceptis caſibus ibi not. per gl. ſuper verbo, poſſideat. & in gl. beneficium. & tex. & glo. & Doct. in clem. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & propriet. & in regula Cancellariæ xxxiij. & ibi ſingul. gl. Ioan. de Ana. in c. licet Hely. de Simon. & Felyn. in c. plerunque. de reſcript. & in cap. ſicut, de re iud. col. xvj. Et ideo dicunt Hoſtien. Card. Butr. Imol. Abb. & Felyn. col. ij. in fin. in c. illud. de præſump. quòd clericus præſumitur rectè inſtitutus quando diuturno tempore tenuit eccleſiam, ſeu beneficium vt rector: quia ſuperiores viſitantes ſæpe eccleſias præſumuntur vidiſſe titulum ſuum: nec toleraſſent intruſum tanto tempore. & not. hic Petr. de Anchar. colũ. viij. & Ioannes de Anania poſt Abbatem: & in d. cap. licet Hely. & Felyn. in dicto cap. ſicut. colum. xv. verſic. fallit iij. & Domi. de Rota deciſ. lxxxiiij. in antiq. titu. de probat. & quando epiſcopus vel alius prælatus poſsit compellere beneficiatum ad oſtendendum titulum beneficij. vide hic per gloſſam, & Petr. de Ancharano in viij. quæſtione. & Abb. & Felyn. in dicto cap. licet. Felyn. colum. iiij. verſicu. extra gloſſ. quærunt. Bald. in conſilio clxvij. lib. iiij. & in l. malè agitur. C. de præſcript. xxx. ann. & Andr. Barb. in repetit. rubr. de fide inſtrument. collumna lix. & Paul. de Leaza. in repetit. cap. in literis. columna iij. verſic. ad vlt. & ibi per Abbatem & Modernos. de reſtitut. ſpoliat. & Felyn. in d. cap. licet. ponit quinque concluſiones cum ſuis fallent. Quid de eo qui habet in commendam beneficium, an dicatur habere titulum: vide Doctores in capit. nemo de elect. ſuprà eodem libro. qui dicunt communiter quod commenda eſt titulus canonicus. & notat Ludouicus Roma. in conſilio cccl. quod eſt pulchrum in materia commendarum. & vide gloſſ. ſingularem in d. capit. j. de pacific. poſſeſ. ſuper verb. titulum in Pragmatica ſanct. Item not. quòd licet quis etiam non poſsit conſequi beneficium niſi vnico titu. vt c. vt qui duas. s̃. de elect. eodem lib. tamen poteſt ſe defendere ex pluribus titulis: vt not. Abb. in cap. in noſtra. de reſcrip. & eſt text. celebris in cap. poſt electionem. & ibi Abb. de præbend. & Abb. in cap. cum olim. & ibi Felyn. in fin. de re iudic. & pulchra Felyn. in repet. dict. cap. in noſtra. col. ij. verſ. titulus multiplicatur ad cautelam in eodem beneficio. vnde dicit quòd ſi quis dubitet de prima collatione ſua, impetret ſecundam: quia per hoc non inducitur renuntiatio primæ: imò poteſt vti vtraque ad defenſionem ſuam. & vide Abbatem in c. cum olim. in ij. ad fi. de priuileg. & Felyn. poſt Card. in c. inter dilectos. col. x. verſic. fallit iij. de fide inſtrum. quod nota perpetuò. & vide gloſſ. in cap. nullus pluribus.

ex in



ex iniuncto. in fi. & ad alium pertineat in poſſeſsionem inductio, ſcilicet ad Archidiaconũ: vt s̃. de off. archid. c. ad hæc. & c. vt noſtrũ videtur inconueniens dicere q̃ in idẽ: quia cùm ſint diſtincta officia illorum ad quos pertinẽt. diſtinctos debent habere effectus: quia diſcretorum & diſtinctorũ diſtincta & diſcreta ratio eſſe debet. vt ff. de calum. l. vlt. & C. de don. inter vir. & vxo. l. ſi maritus. j. & de epiſc. & cleri. l. repetita. & de teſta. l. conſulta diualia. Sed excuſari poteſt q̃ intellexit de inſtitutione quantùm ad ius quod ex ſola inſtitutione acquiritur. Sed intus ſtatio de facto per inductionem in poſſeſsionem ſubſequitur.
4 † Et præterea dici poteſt q̃ motus fuit ex eo q̃ canones appellant inductionẽ in poſſeſsionẽ inſtitutionẽ corporalem: vt s̃. de offi. archid. c. ad hæc. §. in quadam verò. Et propterea potuit probabiliter dicere q̃ inſtitutio eſſet intus poſitio, vel intus ſtatio de facto: cum etiã ſit in corporalem poſſeſsionẽ inductio, vt d. §. in quadã. Magiſter
5 verò Bernar. ſcribit s̃. de inſti. c. authoritate † q̃ inſtitutio eſt ius canonicum in Eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. Inueſtire eſt quaſi poſſeſsionẽ illius iuris cõferre. Poſteà verò ſubiũgit, q̃ inſtituere eſt ſpiritualis beneficij vel dignitatis corporalẽ poſſeſsionẽ tradere. Et in hoc videtur tradere cõtraria. Quia primò dicit per inſtitutionẽ conferri ius, & poſt illã collationẽ iuris per ſubſequens factum: id eſt per inueſtiturã quæri quaſi poſſeſ
6 ſionem. per quod includit † q̃ per inſtitutionẽ non acquiritur poſſeſsio. Et hoc eſt certũ poſſeſsionẽ nõ quęri per ſolã inſtitutionẽ, vel ex ſola inueſtitura: ſed per inductionem in corporalẽ poſſeſsionẽ: vt s̃. de elect. c. cũ in cunctis. §. cũ verò electus. & no. Hoſt. in tit. de inſt. & patet ff.

j. eodem titul. & quæ ibi dico poſt Dyn. in princip. facit quod not. Dyn. in ſequenti fol. verſicul. quod ex eo. & not. Abb. Sicul. in conſil. iij. volum. ij. & Bald. in conſil. vij. titul. de elect. & ibi de ſancto Geminiano.

Copiosè quamuis ſit de beneficio & illius appellatione tractatum in hac apoſtil. vide vltra hic allegat. Card. in clemen. auditor. nume. ix. & ibi poſui in apoſtil. in ver. comprehendit dignitates. de reſcript. & in clement. j. de præbendis. Gemin. in cap. j. in princ. & ibi dixi in apoſtill. in verſi. non eſt dignitas. s̃. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſer. & in cap. dudum. nume. vij. vbi etiam notaui in verſicu. eccleſiæ cathedralis. s̃. de prębend. & dixi in apoſtil. ad Phil. Franciſ. in gra. nume. j. in verſ. appellatione beneficij. s̃. de reſcrip. & in apoſtill. ad Panor. in capit. noſtra. in apoſtill. mea ſub nomine Zacha. in verſicu. ſiue præbend. de reſcript. in antiq. Et in quã tum do. Boerij dixi s̃. quòd clericus præſumitur rectè inſtitutus quando diuturno tempore tenuit &c. hoc facit ad diſſolutionem q. an poſſeſſ. beneficij cogatur per ſuperiorem oſtendere titulum ſuum. de quo dixi in apoſt. ad Panor. poſt eum. in cap. licet Hely. numer. xxij. in verſic. ad oſtendendum. titu. de ſimon. & in c. accedens. nume. iiij. in ver. ad oſtendendum. tit. de accu. dixi etiam in apoſt. & Gemin. in c. j. nu. vij. in ver. probare. titu. s̃. de eo qui mittitur in poſſ. cau. rei ſer. & in addit. ad Bald. in l. in ciuile. in j. oppo. C. de furt. & in Rota deciſ. lxv. & dclxxix. in antiquis.

de acq

A ¶Adde q multiplex eſt inſtitutio : vna eſt proprie quæ ſumitur pro tranſla-
tione iuris non libera à ſuperiore facta quãdo ſcilicet præſentatus per patronum
inſtituitur. & iſtud ius inſtituendi tranſit in capitulum ſede vacante.c.j.de inſti.lib.
vj. Alia eſt inſtitutio quæ capitur pro collatione libera.de qua in ca. ex frequenti-
bus.eod.tit. in antiq. Tertia eſt inſtitutio authoriſabilis quæ fit quo ad curam po-
puli tantum. vt
ſi collatio be-
neficij ſpectat
ad inferiorem
pro cura popu
li non exempti,
recurritur ad
epiſcopum. vt
in cap.j. de ca-
pel.monach. in
vj. Alia eſt inſti
tutio quæ ca-
pitur pro indu
ctione in poſſeſ
ſionē : iſta per-
tinet ad Archi-
diaconũ de iu-
re communi. c.
ad hæc. & cap.
vt noſtrum. de
offic. Archidia.
Et ſcias quod
de iure commu
ni collatiua in-
ſtitutio tituli
pertinet ad epi
ſcopum gloſ. in
cap.cum veniſ-
ſent. eod. titul.
in antiq. ita re-
fert Pe. Rauen.
in ſuo compen-
dio iuris cano.
titul.de inſtit.col.iiij.&col.v.

de acquiren.poſſeſſ.l.cum hæredes.in princ.Sed credibi-
le eſt q magiſter Bern.in prima diffinitione vel aliàs de-
ſcriptione intellexit de inſtitutione ſtrictè ſumpta per
quam tribuitur ius,& non poſſeſsio vel quaſi illius iuris.
In ſecunda intellexit de inſtitutione largo modo ſum-
pta[a]. Vel dicendum eſt, q in prima intellexit de inſtitu- A
tione pertinente ad epiſcopum quę tribuit ſolum ius. In
ſecunda intellexit de inſtitutione pertinente ad Archid.
quæ tribuit poſſeſsionem vel quaſi. Scribitur etiam per
do.Hoſt.in ſumma tit.de inſt.in princ. q †quidam dixe- 7
runt q inſtitutio eſt eccleſiæ vel eccleſiaſtici beneficij
collatio.quæ diffinitio non videtur eſſe ſufficiens : quia
non ponit omnia ſubſtantialia inſtitutionis. Non enim
dicit q ex inſtitutione quæratur ius in proprietate be-
neficij collati. Conſtat autem q per inſtitutionē ſeu be-
neficij collationē quæritur ius proprietatis illi in quem
beneficiũ confertur.Quod ex eo patet † quòd poſt colla- 8
tionem factã in primum,collatio facta in ſecundũ nihil
operatur.& eſt caſus de præben.c.ſi tibi.[b] Et tamē ſi non B
eſſet per primam collationem trãſlatum ius in primum,
potuiſſet per ſecundam collationem transferri in perſo-
nam ſecundi.C.de rei vendic.l.quoties.Sed credibile eſt,
quòd qui prædictam diffinitionem induxit, intellexit q
ius per beneficij collationem transferatur,& hoc aliqua-
liter indicant diffinitionis verba. Et tamen ſi omnia ſu-
pradicta tolerabilia ſunt propter probabilē authoritatē

B ¶Adde quòd in beneficiatis non requiritur traditio , vel quaſi , vt acquiratur
ius in beneficio.vt plenè.not.Dyn.in regula, qui prior. infrà eodem. & ibi dicam.
quia primus prefertur ſecundo in beneficio.etiam ſi fuerit tradita poſſeſsio.vt te-
net hic Dyn.per textum in cap.ſi tibi.de præbend.ſuprà eodem libr. & Ioan.Andr.
ibi ſuper verbo, acquiras.dummodo collatio prima beneficij fuerit iure facta : vt
eſt textus.& exemplum in cap.illud.& cap.ſuggeſtum.de iure patronat.ita tenent
Ioan.Fab.Bald.Salic.Paulus de Caſtro.in l.quoties.& ibi Iaſ. de May.in repetitio-
ne.column.v.in quarta limitatione.C.de rei vendicatio.& Ludouic.de Ro. conſilio
ccxcviij.colum.j.verſicu.iij.videtur caſus.quod no.pro limitatione l.quoties. C.de
rei vendicatione.

dicen



A ¶Adde quotuplex eſt inſtitutio in beneficiis, & quæ differentia ſit inter inſtitu-
tionem,collationem,& inueſtituram:& quæ dicatur inueſtit.authoriſabilis : & an
per inueſtiturã transferatur poſſ.vide tex.doct.in c.cum illis.§.cum autem. s.eod.
lib.de præb.& plenè per Abb.poſt Io.And.in §.autoritate.de inſt. & Fel.in c.audi-
tis.col.iij.ver.inquantũ,Abb.de reſcri.& gl.in §.j.de annat.in verſi.inſtitutiones, in
Pragmatic. &
Bald in rubr.de
cauſa poſſeſſ.&
propriet.col.ij.
de inueſtitura.
vide Baldum &
Card.Alexã.c.j.
quid ſit inueſti-
tura.ver.not.&
ibi vide per An
dre.conſi.in ad-
dit.ad Bald.per
quæ fiat inue-
ſtit. adde Inno.
Abb.& Bal.in c.
ex literis. verſi.
not.de conſuet.
Archidia.lxxiij.
diſt.Hadrian.&
per Alex.in l.j.
in fin. in princ.
verſic. vlterius
quærit. ff.de ac
quirē.poſſeſſ.&
Paul.de Caſtro
conſi.clx.in an-
tiq.qui alle. hic
Dyn. vide And.
Barba. in dicto
ca.ex literis. de
conſuet. & quæ
dicam in iiij.q.
& ſeq.& Philip.
Franc,hic col.j.
& glo. in d.c.in
prin.ſuper ver.
inueſtitura. de
annat.in Prag.Sanct.Et ideo eſt q inſtitutio de beneficio facta nõ trãsfert poſſeſ-
ſionem,niſi corporalis poſſeſsio tradatur. vt not.in c.cum Bertholdus. ſaluis limi-
tationib.quas ibi ponit Fel.de re iudic.in antiquis. dat tamen iuſtam cauſam poſsi-
dendi, & iuſtum titulum in prælatura.vt per Bald.in l.iij.C.de emancip.liber. & de
materia orig.huius,ſcilicet quid ſit inſtitutio in beneficio vide Car. in cle.j. in ſolu.
vj.q.de ſupplen.neglig.prælat. Gemin.& Phil.Franc.in conſi.in illis. s.de præbend.

9 dicentium,clariùs poteſt dici quòd † inſtitutio , [a] eſt iu-
A ris alicuius beneficij verbalis collatio. inueſtitura verò
collationis ſeu inſtitutionis confirmatio , ſeu declaratio,
per quã inducitur confirmatio. Miſsio in poſſeſsionem,
eſt præcedentium:id eſt collationis & inueſtituræ execu
tio. quod per ſimilia patet. Nam in inſtitutione hæredis
10 tria ſunt per ordinem. †Primum eſt inſtitutio quæ pro-
cedit per diſpoſitionem verbalem. Secundum eſt inſtitu
tionis irreuocabilis confirmatio quæ contingit per con-
ſequens factum:id eſt per mortem. Tertiũ autem eſt in-
ſtitutionis & confirmationis executio quæ contingit per
aditionem hæreditatis & ſequens adminiculum:id eſt ap
prehenſionem poſſeſsionis: licet illa nõ ſit neceſſaria ad
acquiſitionē dominij rerum hæreditariarum:ſed neceſſa
ria eſt ad acquiſitionē poſſeſsionis.C.de teſta.l.omnium.
ff.de acquir.poſſ.cùm hæredes.in princ.de bo.poſſ.l.j.&
11 ij.† Item in datione tutoris:datur enim aliquãdo à teſta-
tore.Secundò:datio illa verbalis confirmatur à iudice. vt
patet ff.& C.de teſta.tute.& de confir.tu.Tertiò ſequitur
decretum iudicis adminiſtrationem concedens.C.arbitr.
tu.l.fi.& in auth.vt hi qui obl.ſe hab.res minorum. §.pe.
colla.vj.Item patet in feudo.nam primo fit feudi conceſ
12 ſio.†Secundò inueſtitura quæ eſt præcedentis conceſsio-
nis confirmatio. Tertiò in poſſeſsionē inductio. quæ eſt
conceſsionis , & inueſtituræ realis executio : vt in titulo,
b quid ſit inueſtitura. collat.x. [b] Et licet prædicta non ſint
ſimilia quantùm ad omnia:ſimilia tamen ſunt quantum
ad ordinem ſucceſsiuum. Et hæc vera ſunt ſecundum ab-
ſolutam & propriam ſignificationem verborum. Sed in
prȩſenti regula credendũ eſt,& dicendum inſtitutionem

B ¶Vide ibi Bald.& Card.& Alexand,& latius in præludiis feudorum,& maxime

largo

largo modo ſumi, & pro omnibus ſupradictis modis po-
ni. Certum eſt enim † quod collatio q̃ inueſtitura quæ 13
fit per epiſcopum inſtitutio iuris appellatur: vt in præal-
legato c.cum ex iniuncto.s̃.de hære. Item inductio poſ-
ſeſsionis quæ fit per archidiaconum, appellatur inſtitu-
tio corporalis. vt s̃.de offi. archid.c.ad hæc.c. vt noſtrum.
In quacunque enim prædictarum defectus interueniens
reddit beneficij receptionem vel retentionem illicitam.
† Si enim defectus eſt in inſtitutione verbali, ſiue ex par 14
te inſtituẽtis: vt quia is inſtituit qui de iure inſtituere non
poſsit, illicita eſt detentio. verbi gratia: vt quia inſtitutio
fiat per vicarium[a] epiſcopi generalem, quem conſtat in- A
ſtituere non poſſe, niſi inſtituẽdi poteſtas ſpecialiter fue
rit ei conceſſa per epiſcopum: vt de offic.vic.cap.cum in
generali.lib.vj.& ita debet intelligi s̃.de inſtit. c.ex fre-
quentibus, vel quia fiat per capitulum de beneficiis ad
collationem epiſcopi pertinentibus quam conſtat non
valere etiam ſede vacante[b] vt s̃.de inſtit.c.j.eodem titu. B
† Itẽ ſi inſtitutio fiat de eo qui nõ poteſt de iure inſtitui: 15

per Iaſ.& Deciſ. Parlam. Gratianap. l Delphin. quæſt.cccuij.

Adde tamen quod licet do. Dyn. hic videatur ſentire inueſtituram in feudo non ſufficere ſine inductione in poſſeſsionem, limitabis hoc dictum, niſi poſſeſſ. fuiſſet prius apud feudatarium: quia tũc ſola inueſtitura etiam verbalis ſufficeret: vt per Bal. in authen. defuncto. in princ. & ibi poſita in addit. in verb. inueſtitura. C. ad Tertul. & in l.j.C.de rerum permut. quod tamẽ intelligo eſſe verum ſi dominus ſciebat tunc feudatarium poſſidere. vt notat Ange. in l. quædam. ff. de rei vend.

A Adde hic Dyn. in regula, in generali. & ibi Ioan. Andr. & Docto. j. eod. & de multiplici natura vicariorum vide Abb. & pulchrè Fel. in c. poſtulaſti. co.i.& ij. de reſcript. gloſſ. in titu. de colla. §. ita tamen. in verb. vicario. in Prag. Sanct. & Alexand. in rubr. de off. eius cui. col. ij. & iij. & Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. in ij. col. de præbend. & Cardin. in clement. in q. iij. de off. vic. & Ioan. Franc. in ſuo eleganti tract. de poteſt. c. ſede vacante. in x. q. ſecundæ partis. & ad not. hic per Dy. vide ſingulariter Card. Alex. in c. perlectis. col. v. in glo ſuper ver. iurgia. xxv. diſtinct. & ibi an videatur habere iuriſdictionem ordin. vel delegatam. & Imo. in c. ſua. not. de off. vic. & per Io. And. in addi. Spec. de off. vic. ſuper rub. & Alex. in addit ad Bart. in l. i. §. ab eo. ff. quis & à quo appel. & ibi etiam vide an appelletur de vicario ad epiſcopum. & latius in ca. non putamus. s̃. de conſuetu. eo. lib & ad not. hic per Dy. vide hic Philip. Franc. col. ij. in fin.

De materia peculiari huius quæſiti, ſcilicet quòd vicarius epiſcopi non poſsit inſtituere. vide quod plenè notaui in addit. ad Phil. Franc. in c. cum generali. s̃. alle. nu. iij in ver. conferendi beneficia. s̃. de offic. vic. vbi dico q̃ tamen poteſt inſtituere præſentatum à patrono eccleſiæ idoneũ. tex. eſt ſin. in c. ex frequentibus. per iſtum alleg. ad hoc dicit ſingul. Romanus in ſuo ſingul. dcv. incip. tu ſcis q̃ fundatores. de quo per Cardin. in clemen. i. quæſt. xvij. & xviij. de offic. vicar.

B ¶ Adde gloſſ. & Docto. in cap. ijs. & in c. cum olim. & ibi Abb. & Fel. de maior. & obe. in gl. in tit. de colla. § illi verò. ver. legatorum. & in §. cui rei. ver. eccleſiaſticus. in Prag. ſanct. & ad plenũ vide Io. Fran. de Pauin. in d. tract. de poteſt. ca. ſed. l. vac. in ij. par. q. j. ij. iij. iiij. & v. ibi in v. q. ponit an arrentator ſeu firmarius poſsit præ-

vt ſi



A vt ſi inſtituatur laicus[a]. vel alius irregularis cui prohibetur
de iure beneficium cõferre: vt s̃.de inſti.c.ij.idem erit ſi
defectus fuerit in inſtitutionis forma, vt quia fuit ſub cõ-
ditione facta, cum actus legitimi nõ ſuſcipiant cõditio-
nem, neq; diem. vt j̃.eo. actus legitimi. vt s̃.de elect.c.in
16 electionibus.lib.vj. Et per hoc patet † q̃ inſtitutio largo
modo hic ſumitur: vt tam inſtitutionẽ verbalem & inue-
ſtituram quæ ius tribuit, quàm inductionẽ in poſſeſsio-
nem, quæ poſſeſsionẽ & quaſi concedit, comprehendat.
Et hoc oſtenditur neceſſario arg. poſito caſu quòd eſſet
aliquis verbaliter inſtitutus & inueſtitus re ipſa ſine in-
ductione in poſſeſsionẽ: & autoritate propria poſſeſsio-
nem occupauerit, dicetur incumbere poſſeſsioni vt præ-
do, non vt iuſtus poſſeſſor. ff. de acqui. poſ. l. ſi ex ſtipula-
17 tione. j. & ij. reſponſo. & l. nec ex vera. C. eo. tit. † Cano-
nica verò inſtitutio appellatur, in qua omnia ſubſtantia-
lia validæ inſtitutionis largo modo ſumptæ concurrũt:
id eſt collatio, inueſtitura, & in poſſeſsionẽ inductio: &
decens perſonæ habilitas, tam ex parte cõferentis, quàm
ex parte illius in quẽ collatio facta eſt, & ſolennis inſti-
tutionis forma, ſicut ſuperioribus eſt oſtenſum. Sicut di-
citur legitima tutoris datio, quãdo is dedit qui dare po-
tuit: is accipit cui fuerat dandus, & is datur cuius dandi
B facultas[b] erat, & pro tribunali decretũ interponitur. vt
ff. de confir. tut. l. naturali. §. ſi quæratur. ¶ Quæri autem

ſentare: & alleg. Pau. de Caſt. tenere q̃ non in conſi. lv. etiam ratione procuratorij ſed illud conſilium cum difficultate potui reperire in antiq. & eſt cccxliij. ſecundum verum numerũ incip. venerabilis vir. pro facit tex. Abb. & ibi de Bellenzinis in addi. in c. ex literis. de iure pat. & Abb. in ſua diſpu. incip. Augerio. col. xix. & Bal. ſingulariter in conſi. xxxij. lib. iij. & ibi vide quando tranſeat ius patronatus cum vniuerſitate. & Feli. in c. cauſam. col. v. poſt prin. de p̃ſcrip. & gl. in l. precibus. & ibi Doct. C. de impu. & aliis ſubſti. & Io. And. in c. j. s̃. de iur. pa. eo. lib. & Domi. de Ro. deciſ. ccxxxix. in antiq. tit. de iur. pa. & Abb. Sic. in cõſi. liiij. lib. j. & Bal. in l. j. colũ. ij. C. de bo. liber.

A Adde tex. & Doct. in c. ex literis. de trãſac. & text. & Abb. Sic. in c. Io. ver. tertius. art. col. j. de cle. coniug. & in c. ij. de inſtit. Et an ex diſpẽſatione epiſ. vel Papæ poſsit obtinere: vide Cardi. Alexã. in c. ſi qui. in vlt. no. xxij. diſt. & plenè in c. placuit. eadem diſt. col. iij. verſi. ad ſecundum. Et ibi videat clericus qui contraxit matrimonium, & vxor ante copulam vult intrare monaſterium, an poſsit clericus redire ad ſuum beneficium. adde gl. & Doct. maximè Imol. poſt Abbatem in c. j. de cler. coniuga. facit quod no. gl. in c. vno. s̃. eo. lib. in verbo, clericalis. de cler. coniug. & Ang. Aret. in quib. mod. ius pat. pot. ſol. in prin. & Deciſio. Capell. Tholoſ. quæſt. ccxl. & quæ dixi in tracta. de pote. & offic. deleg. in j. quæſt. col. antepenult.

Adde ad quæſita per do. apoſt. j. an laicus ex diſpenſatione epiſcopi poſsit beneficium obtinere: & ego puto quòd in curatis nõ poſsit diſpenſare, in aliis verò non requiratur diſpenſatio. vt latè per Fed. de Sen. conſi. cxxvij. incip. caſus talis eſt, quidam ẽ canoni. & quis dicatur laicus, vide glo. in c. j. s̃. de procu. & in c. ſi iudex laicus. de iudi. & tex. in c. duo ſunt genera. xij. q. j.

B Adde quæ requirantur vt dicatur legitima tutoris datio. vide Bar. poſt Dyn.

B poteſt

in d.§.ſi quæratur.hic alleg.& Dyn.fol.præced.poſt principium.& Deciſ.Parlam. Gratianop.Delphin.q.cccxxx.& Deciſ.Capel.Thol.q.lxiij.& Cyn.Bar.Ioan.Fab. & Sali.in l.fi.§.omnem.C.de admini.tut.& Ang.Aret.in §.tutores.inſtit.de tutelis. & quæ dixi in lib.conſue.Bitu.tit.de conſuetu.ſtatus iurium perſonarum.§.vij.& in addi.Adde prædictis Bar.in l.legitimos.in fi.prin.& quod ibi poſui in apoſtil.ad ipſum.in verſi.

poteſt circa materiam ſupradictam. Primò nunquid in-
ſtitutio,inueſtitura, & in poſſeſsionem inductio,ſint di-
ſtinctæ ſpecies,vel idem ſignificantes.hoc autē declaratū
eſt per ſuperiora, & ideo ſuperuacuum eſſet repetere.
¶ † Secūdo quæri poſſet cum ſint ſpecies diſtinctæ pro- 18
priè ſumendo,vtrum diſtincta iura tribuantur per eas?&
dicendum eſt ſicut in ſuperioribus patet, ꝙ per inſtitu-
tionem verbalem tribuitur ius proprietatis,&per inue-
ſtituram declaratur, & confirmatur illius iuris collatio,
vt dicto c.cum ex iniuncto.&c. inter cætera.de præben.
& per inductionē in poſſeſsionem tribuitur ius poſſeſ-
ſionis vel quaſi & ius adminiſtrationis; vt in dicto ca.ad
hæc.c.vt noſtrū. Poſſet autem aliquis dicere quòd incō-
ueniens videtur quòd in eadem re quæratur poſſeſsio &
quaſi poſſeſsio, cum poſſeſsio cōſiſtat in rebus corpora-
libus tantū:vt ff.de acq.poſ.l.iij.in prin. & de vſucap.ſe-
quitur.§.ſi viam quaſi poſſeſsio cōſiſtit in corporalibus:
vt ff.de ſeruit.l.pen.& ſi ſeruit.vendi.l.ſicuti.§.Ariſto.&
vti poſside.l.fi.† ſic ergo corporalia & incorporalia ſunt 19
ſpecies oppoſitæ:& non cōcurrentes circa eandem rem:
vt inſtit.de reb.corpo.& incor.per tot. ff.de rer.diui.l.j.
ſic poſſeſsio,& quaſi poſſeſsio videntur ſpecies oppoſitæ:
& non poſſent concurrere in eandē rem. Sed dicendum
eſt quòd in beneficiis eſt cōſiderare ipſum ius beneficij,
quòd eſt incorporale:& in eo dicitur quæri quaſi poſſeſ-
ſio.Item eſt cōſiderare res corporales, quæ ſub iure be-
neficij cōtinentur: & in illis dicitur quæri vera poſſeſsio
corporaliter inſtituto. ¶ † Quæri poſſet tertiò,quare eſt 20
quòd per inueſtituram factam per annulum, vel per li-
brum aut baculū, non quæritur vera poſſeſsio,vel quaſi
poſſeſsio, cum per clauium traditionē quæratur poſſeſ-
ſio rerū quæ ſub clauibus cōſtituuntur vel cuſtodiuntur:
vt ff.de contrah.emp.clauibus.& de acq.rer.do.l.qua ra-
tione.§.item ſi quis.& ff.de acqui.poſſ.l.j.§. ſi iuſſerim.
Ratio eſt.† quia res ſub cuſtodia clauium conſtituuntur, 21
& continentur,& ideo traditis clauibus ſub quarū cuſto-
dia ſunt, ipſæ res traditæ a intelliguntur. Annulus verò A
& bacul

vtilia facere.ff. de leg.tut.& in l.tut.ff.de admini.tut. Alex. oIo poſt Bar.l. prætor.ff.de oper.no.nunt.& conſ.cxxix.vol. j.& plenius per Bal.conſi.xxxj. incip. quæritur an curator,&c. volu.j.

A Adde text. gloſ.Ioan.Fab. Angel. Aret. & Chriſtoph.Porcum, & ibi Iaſ. in addit.in §.ſi quis mercer.inſti.de rer.diuiſ. & Barto. & ibi Alex.in addi.in l. clauibus. hic alleg.& Bar.in l.cum pater.§. pater pluribus. ff.de lega.ij.& Bal.in l.ij.C.de verb.ſig. & per Pet.de Anch.in cle.j.§. ſanè.de hæret.& glo.in c.conſ.et.recti feudi.colū.x.& Card.Alex.in c. oſtiarius.xxiij. diſt.&in c.perlectis. xxv.diſt. col.j. & gloſ.& Docto.maximè Bal. in ca. ij.de conſue.ver.non



quòd, & Alex.in l.j.§.ſi iuſſerim.hic alleg. & in l.poſsideri.in prin.col.ij.eo.tit.& ibi plenè vide, an etiam per traditionem inſtrumenti transferatur poſſeſsio. col. iij.verſi.fallit in caſu.l.j.C.de dona.& Dyn. & quæ ibi dicā in regula, pro poſſeſſore.q.vij.ī.eo.& vide Bal.in l.ab emp.col.iij.ff.de pact.& in l.ij.C.de acqui. poſſ. & Bal.Ang.& Alex.in l.prædia.ff.de acqui.poſ.& Ang.Aret.in §.interdum.inſtit. de rerū diuiſio.

& baculus ſeu liber nihil habet cōmune cum rebus quæ
in beneficio continentur. Et ideo inueſtitura per bacu-
lum facta,nō intelligitur tranſlata poſſeſsio: ſicut etiam
dici ſolet ſi tradatur vel legetur inſtrum.in quo contine-
tur emptio prædij, vel alterius rei, ipſa res intelligitur
tradita vel legata:quia iuris in re quæſiti probatio in in-
ſtrumento continetur.C.de don.l.j.ff.de leg.j.l.ſeruum
filij.§.eum.& de lega.iij.l.qui chirographum.
22 ¶ † Huius autem cauſa quæri poſſet quarto ſi inſtitutus
verbo, & inueſtitus annulo inducatur in poſſeſsionem
rei vnius quæ eſt in beneficio ſibi collato nomine illius
& aliarum, an intelligitur quæſita poſſeſsio illius tan-
tum in qua inducitur corporaliter,vel illius & aliarum?
videtur quæſita poſſeſsio omniū:quia iure cauetur quòd
reſtituta vna re hæreditaria omnes reſtitutæ intelligun-
tur,ſi ea mente reſtituantur vt effectus reſtitutionis tra-
hantur ad omnes.vt ff.ad Trebellian.l.reſtituta.in prin.
& quia totius fundi poſſeſsio transfertur etiam ſi vnum
fundi angulum quis ingrediatur:vt ff.de acquiren. poſſ.

iuxta verſum, vſus ſine rei mutuate venditione. Clauibus & chartis mea ſi conditio ſcienter. Quāuis non aliter dec̄, poſſeſsio trāſit. vt no.gl.in d.c.ij. de conſue. & in d.c.j.de conſue. recti. feudi. & Adde Bart.in l. quædā mulier. ff.de rei vendi. & Bal.in authē. quas actiones. C.de ſan. eccle. & hic Phil.Frā. col.ij. in princ. Et ad nota. hic per Dy.ꝙ poſſ. beneficij. non

quæritur per traditionem annuli vel baculi: vide Alex.in l.iij.in prin.col.iij.ff.de acqui.poſſ.& Io.Fabr.Ang.Aret.poſt gl.inſtit.de verb.oblig.in prin.& Dy.ſequitur Io.And.in c.tranſmiſſa.de elect.& ibi vide Mod.ſed intelligitur cōceſſa licentia intrandi autoritate propria.dictum eſt ſingu.in no.in dicto c.ij.de conſuet.de quo facit feſtum ibi Bal.& Lud.de Ro.in ſuis ſingu.fol.4.col.iiij.verſi.conſuetudo eſt.& quomodo poſſeſsio beneficij probetur.vide Lud.de Ro.in conſi.cccxxxix. in quæſt.iij.& in conſi.cccxxxvij.& Bald.in l.j.C.de crimine expilat.hære.& l.j.& ibi Alexan.in addit.C.de donatio.& ad omnia ſupradicta vide Paulum de Leaza. in repet.cap.in literis.col.v.per j.quæro.& per Abb.Sicu.de reſtitu.ſpolia.& per ipſum Paulum in rubric. de cauſa poſſeſſ.& proprie.& domini de Rota deciſio. cccciij.in antiq.titu.de cauſa poſſeſ.& proprieta.& Oldra.conſi.cccix.& Deciſio. Parlamen. Delphin.xxij.

Adde alleg.& deducta per Docto,coapoſtilato.meum Panor.pleniſsi.in c.ij.& quod ibi poſui in apoſtil.ad ipſum.in verſic.clauium. nume.12. de conſuet.dixi in apoſtil.ad Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra falſam.§.teſtium depoſi.nu.96. circa finem.in verſic.pe.col.de probatio. Alex.omnino.in l.iij.de poſſ.& Bartho. Socin.conſi.cxxxvij.incip. in conuerſia.verſic. ſecundo probaturi, & conſi.cxxxj. incip.in præſenti.col.iij.volu.j.& dum alleg.Rom.ſingu.ſuis.fo.4.voluit allegare ſingu.cxxxvj.incip. conſuetudo eſt.

A Ergo. Vt eccleſiæ vel dignitatis Pet. Ancha. hic in fi. & ꝭ eo. c. ſine poſſeſsione. col. xvj. Ioan. Faber l. j. C. de emancipa. Libero. Panor. in diſputa. iiij. Ioan. Petr. de ferra in lib. de rei vendica. C.M.

B Adde quòd idem tenet Spec. tit. de primo & ſecundo decreto. §. iam de effectu. in prin. & Ioan. And. hic & Philip. Franchus. col. ij. poſt prin. ſed Abb. Sicu. in c. cum aliquib⁹. col. ij. verſic. vlterius quæro. de re iu. tenet cõtrariũ per plures rationes quas ibi vide. & idẽ tenet Pau. de Leazar. in rep. c. in literis. colũ. v. ver. modo quæro. de reſti. ſpo. ſed opin. Spec. & Dy. ſequitur But. in c. cũ veniſſent. ad fi. de reſti. ſpo. Bal. & Paul. de Caſt. in l. nõ mirum. ff. de pig. actio. & An. in repe. l. ſi quis. §. differentia. ff. de acqui. poſ. & Ang. in l. cũ vnus. §. fi. de bon. auto. iudi. poſ. & Bar. in l. iij. in prin. col. v. ff. de acq. poſ. & ibi Ludo. de Ro. & pulchrè Felyn. in d. c. cũ aliquibus, col. j. ver. in quãtum. vſq; ad fi. qui dicit ab iſta parte nõ eſſe tutum recedere. vide Lud. de Ro. in cõſi. cccxxxvij. & iſta eſt cõmunis opin. Adde Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. col. vij. ver. vtrũ autem iſtud. ff. de verb. obli. & do. de Rot. deciſ. cclxxvij. tit. de reſtit. ſpo. in nouis. & deciſ. Parlamenti Delph. q. ccclv.

l. poſsideri. §. quod autem. ſic ergo [a] quæſita poſſ. vnius A
rei quæ in iure beneficij continetur, omnium in eodem
beneficio comprehenſorum quæſita intelligatur: tamen
& ſi hoc æquitas ſuadet, ius ſcriptum contrarium dicit [b],
† quia hæres quærit dominium omnium rerum hære- B
ditariarum adeundo hæreditatem: & tamen non quærit 23
poſſeſsionẽ alicuius rei, niſi eam corporaliter apprehendat: vt in d. l. cũ hæredes. & ſi quis teſt. lib. eſſe. l. j. §. Scæuola. Ad l. autẽ reſtituta. patet rñſio: quia ibi loquitur de tranſlatione dñij ad quam ſufficit ſola reſtit. verbalis: vt in e. l. & l. iij. eo. tit. In propoſito autem loquitur de acq. poſ. quæ in facto cõſiſtit, licet ipſa acquiſita ius dici poſſet: vt ff. de acq. poſ. l. j. §. ſi vir vxori. & l. peregrè. in prin. & ideo ad poſitionẽ vnius, non ſequitur poſitio alterius, ꝗ poſsibile eſt ab eo eſſe eſſentialiter ſeparatũ: vt C. de proba. l. nõ nudis. l. non epiſtolis & l. neq; natales. & l. ad probationẽ. Item ad l. poſsideri. §. ꝗ autem. rñdeo, quòd ibi non dicitur ꝗ acquiratur poſſeſsio aliarũ rerum quæ erat intra fundum, & à fundo diſtinctæ, ſed certarũ partium fundi tantũ, quæ acquiſitæ parti erant continuatæ.
¶ † Quintò quæri poteſt circa perſonas quibus tẽporibus 24
conferẽs, [c] debet eſſe capax beneficij cõferendi: & dicẽ C
dum videtur ꝗ ſufficit eũ eſſe capacẽ tempore collõnis factæ, licet poſtea deſinat ex quacũq; cauſa: quia factũ legitimè retractari non debet, licet poſtea caſus eueniat à quo nõ potuit inchoari. ꝭ e. c. factũ legitimè. & ff. de acq. hæ. l. ſi ſeruũ quis. §. vlt. & de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. patre. de regulis iuris. l. in ambiguis. §. non eſt nouum.
† Et quia iure cauetur quòd ſi teſtator qui hæredẽ inſti- 25

C Adde hîc glo. & Phil. Franc. col. ij. poſt medium. & quando eſt defectus in conferente qui non habebat poteſtatem conferendi, iudicatur poſſeſsio colorata vel non. vide Abb. in c. cum noſtris. col. j. in prima regula. de conceſ. præben. & in c. ij. in princ. ne ſede vacante,

tuit,



Adde prædictis Bal. in rubr. C. de condict. ob turpem cauſam. & in prin. & quod ibi poſui in addit. ad l. ipſum, in verſicu. incapax ad officium. Alex. in l. fratres. ff. de pœn. & Card. in clem. ij. q. xiij. de æta. & qualita.

A Intelligendũ eſt illud, dummodo hoc vitiũ non incidat in crimen puniblle, non rumpit teſtamentum prius legitimè factum: ſecus ſi tale vitium incideret in crimẽ punibile: vt l. j. §. exigit. & ibi gloſſ. ſing. ff. de bon. poſ. ſecundum tab. & Io. de Imol. in l. is cui. & ibi Fran. Aret. in ij. not. & latiùs in l. qui in poteſtate. §. j. & l ſequen. ff. de teſtamen. & Io. And. c. quanquam. de vſur. ꝭ. eo. lib. & Bar. in repetit. l. cunctos populos. circa fi. & Bal. in l. j. in lect. C. de ſacroſanct. eccl. in iij. & in l. fi. col. penulti. verſi. hic dubitatur. C. vnde legitimi.

tuit, ſine delicto ſuo & abſq; facto ſuo perdiderit ius teſtandi, inſtitutio propterea nõ vitiatur. vt ff. de teſtamẽt. l. is cui. & de bon. poſſ. ſecundũ tabul. l. j. §. exigit prætor. §. ſi quis autẽ. ergo inſtitutio de beneficio facta nõ vitiatur, licet inſtituens ius inſtituẽdi perdiderit. vt ſ. de elect. c. quærelã. & de iure patr. cõſultationibus. arg. ff. de offic. præto. l. Barbarius. & l. j. C. de teſti. c. ij. de præſ. in vj. obſtare tamen videtur ꝗ l. cauetur ꝗ ſi teſtator qui hæredẽ inſtituit, ius teſtandi perdiderit propter delictũ ſuum vel
A propter factũ ſuum, [a] quia ſe præbuit ad arrogandũ, inſtitutio vitiatur. vt ff. de iniuſto & irri. teſtam. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritũ. & de bono. poſſeſ. ſecundũ tabulas. l. qui ex liberis. §. teſtamẽto. & inſtit. quibus mod. teſtamen. infirm. circa principiũ. & §. nõ tamen. ergo vitiari videtur inſtitutio facta de beneficio. Sed reſpõderi poteſt, ꝗ inſtitutio beneficij tenuit: ita quòd per expreſſam inſtituentis voluntatem non potuit reuocari. arg. vt ſ. de præbendis. c. inter cætera. & eo. titu. c. ſi tibi abſenti. in vj.
26 † Et ideo ex quacunq; cauſa ius inſtituẽdi perdiderit, inſtitutio præcedens nõ vitiatur: vt in authẽ. de tabel. §. penul. ſed inſtitutio hæredis nõ tenebat irreuocabiliter ante mortem teſtantis, cũ ſemper eſſet voluntas ambulatoria & mutabilis vſq; ad mortẽ. c. cũ Marthæ. de celebrat. miſſ. & C. de ſacroſanc. eccle. l. j. ff. de iure codicil. l. diui. §. licet. & de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. & de lega. iij. l. ſi quis in prin. teſtamẽti. & de adimen. leg. l. iij. §. vlt. & de don. inter virũ & vxor. l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ideo ſi perdiderit teſtator poteſtatem teſtãdi ex ea cauſa quæ originẽ ſumat à delicto, id eſt culpa vel dolo teſtãtis, inſtitutio irritatur. vt in præalleg. §. irritũ. & in §. non tamen. ſed ſi ex ea cauſa perdiderit teſtamẽti factionẽ quæ
B ex dolo, vel culpa teſtatoris [b] nõ ſumat originẽ, inſtitutio nõ vitiatur. vt in d. l. is cui. & in l. j. §. exigit. & §. ſi quis autem. Faciliùs enim reuocãtur ea quæ à principio nõ habent effectũ irreuocabilẽ, quàm ea quæ à principio irre-
27 uocabiliter tenẽt, vt patet: † quia donatio inter viuos quæ irreuocabiliter tenuit à princi. nõ reuocatur propter de-

B Teſtato. is. Hæc diſtinctio, quæ incipit ꝭ. eodem. num. 25. plauſibilis eſt, & communiter approbata, ſed falſa. patet: qa non ſolùm manet teſtamentũ ſi teſtator poſteà fiat inhabilis facto ſuo laudabili ſecundum iſtos, vt profeſſione. Authent. Si qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſi. ſed etiã



lictum

facto ſuo culpabili,vt ob vitium prodigalitatis.l. Is cui lege.ff.de teſtam.Et ſic reiecta inepta & falſa diſtinctione:vera methodus eſt, facere regulam & fallentiã, & regula ſit affirmatiua per reg.l.In ambig.§.non eſt no.ff.eodem.c.factum legitimè infrà eodem,& per tex.in indiuiduo in l.j.§.ſiquis autem.de bono.poſſeſ. ſecundum tabulas. Fallit quando vna cum ſuperuenienti inhabilitate bona ad alterius diſpoſitionem vel dominium deuoluuntur, vt hic. in eo qui ſe dat in arrogationem: vel patitur ſentẽtiam, ex qua bona cófiſcantur. Et ita debet intelligi & reſtringi lex, ſi quis filio.§.irritum.verſi.ſed & ſi quis.de iniuſto rupto teſtam.vt hunc procedat, quando ſimul bona amittuntur.& probatur in l.Eius qui.§.j.& in fin.de teſtam.Secus ergo ſi bona non publicantur, vt nouè dixi in Authen.Siqua mulier,in fi.C.de ſacroſanct.Eccleſi.in lectura mea Tubingenſi,anno 1554.Et ita practicatur Galliæ in locis,vbi non eſt confiſcatio, vt teſtamenta ante ſententiam mortis facta maneant etiam in crimine læſæ maieſtatis,vt in Britannia.& dixi in Conſuetud.Pariſienſi.§.penult.quamuis per ſententiam fiat inteſtabilis, vt non poſſit reuocare prius teſtamentum, nec de nouo teſtari,vt dixi in Conſuetud.Pariſienſi §.cxiij.Tum quia iam ſeruus pœnæ, tum ne perturbatus odio cognationis à qua non eſt redemptus bona diſpergat vel à ſacrificulis perſuadeatur,vt tẽpore beati Hieronymi reuocata fuit lex prima.C.de ſacroſanct.Eccleſi.quæ eſt Conſtantini magni.idq; odio clericorum Eccleſiæ Romanæ,qui moribundorum hæreditates captabant,vt ipſe refert,& eam legem laudat To.2.Epiſt.2.vt dixi legendo dictam legem primam Tubinge.

lictum ſequens à donante commiſſum [a] vt C.de bon.damnat.l.ſi quis poſthac.ſed donatio cauſa mortis reuocatur ratione delicti & condemnationis quæ poſt delictum ſubſequitur.ff.de donat.cauſa mortis.l.ſi aliquis. ¶ Sexto quæritur quibus tẽporibus debeat eſſe capax is,qui in beneficio [b] inſtituitur?& videtur † ꝙ ea ratione qua hæ- 28

Non obſtat lex prima.§.exi.præt.in princip.de bono.poſſeſ.ſecundum tabulas.quia debet intelligi quando incipitur à tempore vltimo.quia illud nõ ſufficit: ſed habilitas tempore teſtamenti requiritur & ſufficit.vt probat text.§.ſi quis autem teſtam.eadem l.vt dixi in d.Auth.ſiqua mulier,in fine.C.M.

A Adde quando donatio vel venditio facta reuocetur propter delictum ſequens incontinenti commiſſum. Cyn.Bald.& Salyc.in l.ſi quis poſt hac.hic alleg.per Dy.& Bald.& Angel.in l.res vxoris.C.de donat.inter virum & vxorem.Dy.& pulchrè Barto.in l.poſt contractum.colũ.ij.ver.præſumo.ff.de donat.vbi ponit præſumptiones.& Imol.in c.illo vos. de pig.& Spec.titu.de dona.§.j.verſi.item pone aliquis.& ibi Ioan.And.in additio.& Specu.de accuſ.§.ſequitur.verſic.quid poſt.& Bal.in l.pen.col.ix.verſi.quidã timens ne fiſcus.C.de exec.rei iudi.& Cy.& Doct.in l.fi.C.ad l.Iul.maieſt.et Pet.de Anch.in cõſi.clix.& Ang.Aret.in tract.ſuo Maleficiorũ in gl.che hay tradito la patria tua.in vj.q.& Alb. de Gãdino in tract. Maleficiorũ.in tit.de bo.malefactorũ.col.ij.ver.itẽ pone,aliquis cõmiſit.Et no.ꝙ prohibitus teſtari propter ſuũ delictũ vt vſurarius,vt c.quanquã.de vſur.s.eo.tit.non poteſt codicillari,nec donare cauſa mortis,vt no.Doct.in d.c.quãquam.& Bal.in conſi.clxij.lib.j.& in l.j.C.de ſacroſ.in iij.q.in fi.& Io.And.in addit.& Spec. tit.de inſtru.edi.§.cõpẽdioſe.ver.latronibus.& Paul.de Caſt.cõſil.cccxj.in fin.in vol.antiq.

B Adde hic gloſſ.& Philip.Franc.colũ.ij.in fi.& an maior ſeptennio,licet minor xiiij.annorũ,poſſit eſſe capax canonię & præbẽdæ in eccleſia cathedrali? videtur

res



quòd ſic:vt not.c.ſuper inordinata.de præbẽ.& in c.ex ratione.& in c.indecorũ.de æta.& quali.& c.ex eo.de elect.s.eo.lib.& c.nullus.de temp.ordinand.& in c.ſi eo tempore.& ibi glo.de reſcriptis.& hodie probat tex.in d.c.ex eo.& glo.in c.ſtatutum.§.j.verſi.canonicis.s.de reſcriptis.eo.lib.& Imo.in d.c.ſuper inordinata.dicit etiã ꝙ ſine diſpenſatione.licet Hoſt.Dominicus,Ant.Pet.de Anchar.& Abb.ibi contrariũ per illum textũ teneat.ſed Felyn.in c.ex inſinuatione.in primo notabili.de ſimon.tenet primam opinionẽ: tamen per regulam Cancellariæ xvij.videtur Papa ſtatuere cõtrariũ, vt dicitur,quòd prouiſiones aut conceſſiones ſiue mandata de prouidendo de canonicatibus & præb.in eccleſiis cathedralibus facta pro illis qui non excedunt xiiij.annum non valent, niſi ſedes apoſtolica ſpecialiter aliud concedat. Item ꝙ impetratio canonicatus in collegiata eccleſia facta pro minori x.annis,non valet, niſi ſpecialiter fiat mentio in impetratione.vnde dicit ibi gloſ.ꝙ ordinarius non poteſt dare canonicatũ in eccleſia cathedrali minori xiiij.annis cùm non poſſit diſpenſare contra illã regulã: maximè quia Papa reſeruat ſibi.vt ibi vide.& ad prædicta vide tex.& Docto.maximè Abb.in clemen.in fi.de æta.& qualit.& vide ad quæ beneficia:vel dignitates poſſit minor promoueri.Card.Alex.multùm amplè in c.de his.col.ij.poſt principium.xxviij.diſt.& Domi.de Rota.deciſ.cccxxiiij.tit.de reſcri.in nouis.& in deciſio.cciij.& ſeq.in antiquis.tit.de æta.& qualitat.& Felyn.in c.cùm xx.col.vlt.ante fi.de offic.deleg.Et an Papa pupillo coram ſe exiſtenti conferendo dignitatem videatur ſecum diſpenſare ſuper defectu ætatis.vide glo.in d.regula Cancel.quæ allegat aliqua conſilia domin.Old.de Laude.quæ ſunt à cccxxxv.vſq; ad finẽ.multùm ſing.adde Bal.in l.fi.col.ij.ver.& ideo.C.ſententiam reſcin.nõ poſ.& in c.j.per quos fit inueſtit.tex.glo.& Doct.in c.vno.de æta.& qualit.s.eo.lib.& in c.licet canon.de elect.& Cald.in conſi.viij.tit.de reſcrip. Quid in epiſc.conferendo inhabili beneficium,an videatur cũ eo diſpenſare?vide ibi.& Card.Alex.in c.ex pœnitentibus.l.diſt.& quod no.Bar.Ang.de Peruſ.Raph.Fulg.& Io.de Imol.& Modern.in l.quidam conſulebãt.de re iud.vide Inno.in c.veniens.de filiis presbyter.& Abb.in c.diuerſis fallaciis.de cler.coniug.& Ang.Aret.inſtit.qui manumit.non poſſunt.§.idem iuris eſt.in §.ſeruus qui dari tut.vel cur.& Card.Alex.in c.j.xliiij.diſtin.& c.apoſtolica.lvj.diſt.Et an epiſcopus ſuper ætate diſpenſet. vide Docto.s. in locis alleg.& gloſſ.& Abb.in c.cum dilecti.de elec.& Spec.tit.de diſpen.§.qualiter.verſicu.dicunt quidam,& verſic.nunquid ergo epiſcopus.& ad notata hîc per Dy.vi-

res inſtitutus debet eſſe capax tribus temporibus:ſcilicet teſtamẽti,mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis.ff.de hære.inſtit.l.ſi alienũ.§.in extraneis.& inſtit.de hæ.qua.
29 & differ.§.in extraneis.† eadẽ ratione inſtitutus debeat eſſe capax beneficij cõſequẽdi tribus tẽporibus:id eſt tempore inſtitutionis,& inueſtituræ, & tẽpore quo mittitur in corporalẽ poſſeſſionẽ:ſed ſi mediis tẽporibus fuerit incapax.id eſt inter inſtitutionẽ & inueſtiturã, vel inter inueſtituram & miſſionem in poſſeſſionem,inſtitutio non vitiatur,ex quo tribus temporibus capax inueniretur:vt ff.de hæredi.inſtituen.l.ſed & ſi in conditione.§.ſole-
30 mus.cum l.ſeruum meum.† ſed ſi capax fuit in tribus temporibus : & poſt illa tria tempora incipiat eſſe non capax.ſi quidem ratione delicti ſui:vt quia homicidium, vel aliud enorme delictũ commiſit quod ipſum inhabi-

de ipſum in regula,non firmatur.in prin.& Io.And.in c.pen.de cler.ægrot.& in c. vno.ſ.de cler.ægrot.& ibi Doct.vbi habes de coadiutore. Et hic Pet.Philip.Frãc. col.ij.prope finem glo.in Prag.Sanct.de collat.§.cui rei.in verbo,eccleſiaſticur.

A Adde quando beneficium dicatur vacare propter delictum & crimen. Felyn. in c.ſi conſtiterit.col.ij.de accuſationibus.& an beneficium poſsit conferri crimi-noſo.vide amplè Fely.in c.ij. col.ij.in princi. de reſcrip.

B Adde hic Ioan.And.in Mercuriali.in regula,mota.& Abbas Sicul. in c. cõſultationib⁹. de iure patron. & latiùs in c.cũ dilecta. colũ. v. & ibi Barbatiã & Felyn.colũ.j. §.ij.ver.lex Barbarius. de reſcrip.&vide Doctores in iurib⁹ alleg.per Dyn. & Lud. Bolog. in d.l. Barbarius. in primis interpret.& Angel. Areti.in §. ſed cum aliquis. inſtit. de teſta. Adde Alexã. Panor.in c.niſi. j.nu.iiij.& quod ibi poſui in addit.in verſi.ipſo iure.de renunt. & in c.fin.nu.2. vbi iterum notaui in addit.in ver.ipſo facto. de exceſ.prælat. Fely.in c.inquiſitionis.in prin.poſt Abb.& Ioan.de Anan.de accuſ.authon.Corſet.ſing.ſuis in ver. teſtis.incip.clericus homicida.& Thom.Ferrat.in ſuo tract.cautel.iij.incip.canonicis conſtitutionibus.

lem ad beneficiũ [a] reddit,priuatur ex cauſa ſuperueniẽti: A
vt ſ.de homicidio volũtar.& cauſa.c.ſicut dignũ.c.preſ-
byterum.& c.cõtinebatur. Sed ſi propter aliũ defectum
qui ex delicto nõ ſumit originẽ:vt quia ſenio vel valetu
dine corporali impeditus ſit vel alia cauſa ſimili,nõ pri-
uabitur:ſed dabitur alius coadiutor ſibi:vt ſ.in titulo de
cler.ægrot.lib.vj. ¶†Septimò quæritur, quid ſi credeba- 31
tur inſtituentẽ inſtituẽdi habere ius, cũ in veritate nõ ha
beret:an cõperto errore inſtitutio vitietur?& videtur vi-
tiari debere: quia factũ illius qui credebatur eſſe tutor,
& nõ erat,inutile eſt:vt ff.de reb.eorũ quę ſub tute.l.qui
neq;.& de admini.tut.l.Titiũ.§.à matre.& de eo qui pro
tut.l.ſi is qui.† Econtrà videtur vitiari nõ debere de iure 32
Canonico vel Ciuili,[b] quia tenuit ab initio propter erro B
rem communẽ qui pro veritate habetur.c.cõſultationi-
bus.de iure patr.de ſupel.leg.l.iij.§.fi.l.Labeo.inſti.& de
offi.pręto.Barbarius Philippus.& C.de teſta.l.j.& de ſen.
interloc.om.iud.l.ſi arbiter.& inſtit.de teſt.§.ſed cũ ali-
quis.& ideo licet poſtea detegatᷣ veritas errori cõtraria,
nõ vitiabitur inſtitutio quæ ab initio tenuit.vt ĩ.eo.c.fa
ctum legitimè.Ad cõtraria dici põt ꝙ ibi fuit† error ſin- 33
gularis,qui nihil operatur in præiudicium veritatis.ff.de
acq.hær.l.cũ quidã.§.quod dicitur.& de ſuppel.leg.l.La-
beo.§.verũ ſi ea.ſed in cõſumptis fructib⁹ etiã ſingularis
error facti vel iuris excuſare debet de iure ciuili.vt ff.de
petit.hær.l.ſed & ſi lege.§.ſcire.C.de rei vẽd.certũ.ſed ſe
cundũ Theologos, qui dicũt ꝙ veritate quãdocunq; cõ-
perta, vitiatur quod ab initio tenuit.ſi appareat cõtrariũ
veritati, debet fortè in principali aliter iudicari: ſed de
fructib⁹ idẽ.¶†Octauò quæritᷣ,an ſi in forma inſtitutio 34
nis vnum de ſubſtãtialibus omittatur,[c] & cætera obſer- C
uentur,

C Adde quando omiſsio formæ ſolennitatis ſubſtantialis, & omiſsio leuium vitiet actum,glo.hic,& Philip.Franc.col.vlt.poſt prin.& Bar.in l.cũ hi.§.ſi prætor.



ff.de tranſac.& in repet.l.j.§.ſi plures.ff.de exercit.act.& Cyn.in l. ignorare.ff.de teſta.milit.& quæ not.Doct.in l.ſciendum.ff.de verb.obl.& gl.ab Maria.col.xvj.& ibi Felyn.colũ.iij.in c.quoniam frequenter.vt lite non conteſt.vbi extendit Felyn. apoſtillam domini Alex.in l.vniuerſa.poſt Bar.C.de precib.imper.offer.& ibi per ipſos reperies multas concordant.Docto.& Fely.in cap.j.col.ij.de ſpon.& Lud.in ſuis ſecundis interpret. in l. ne in arbitris. §. ſinaut m. C.de arbitr. & magiſtrum Guid. de Monte Ferra. in ſuo commento ſuper Pragma. Sãct. in ij.parte.

Adde prædictis Alexan.in l.cum lex. ff.de fideiuſſ. & Panor.in ca.ſuper quæſtionum.§. verum. nu.iiij. & quod ibi notaui in apoſt. ad eum in verſ. præter, ſeu vltra.de offic. delegat.

A Adde ad hanc q. ſingulariter Domi. de Rot. Dec. cccc-xv.titu.de procurat. in nouis. vbi allegãt Dy. hic. & vide tex. in cap.ex ore.& ibi Abb.Sicul.de his quæ fiunt à ma. parte cap. vbi ſolùm faciens reuerentiam alicui prælato, tanquam legitimè conſtituto, licet fortè non eſſet, videtur ipſum approbare.

uentur,inſtitutio vitietur?Et dicendum eſt quòd omiſsio
cuiuſq; ſubſtãtialis vitiat.vt ff.de tranſac.l.cum ij.§.ſi p̄-
tor.& arg.de reb.eor.l.ſi pupillorũ.§.ſi prætor.& ad mu
nicip.l.cõſtitutionibus.licet omiſsio leuiũ& nõ ſubſtãtia
liũ nõ vitiet rẽ de qua agitur.vt ff.de vẽt. inſpic.l.j.in fi.
35 ¶†Nonò quæri poſſet, ſi canonicus præbendã percepit
de manu prioris qui nõ erat legitimè inſtitut⁹,an poſteà
poſsit petere priorẽ ab adminiſtratiõe remoueri, tãquã
non legitimè inſtitutũ?& videtur quòd non,quia iure ca
uetur ꝙ ſi ego cõſequar legatum ab hærede inſtituto in
teſtamento,quod poterã infringere ꝑ querelã,vel cõtra
tabulas,ſciens me poſſe, ꝙ poſtea non poſſum rumpere
teſtamentũ,quaſi iuri meo renũtiaſſe videar.ff.de inof.
teſtam.l ſi pars.§.fi.& l.nihil.& de leg.præſt. cõtrab.bo.
poſ.pet.l.filiũ.§.omnibus.& de bo.liber.l.in ſeruitutẽ.§.
36 ſi quis.per quod videtur† ꝙ ſi canonicus ſciebat priorem
non canonicè inſtitutũ,& prębendã de manu ſua ꝑcepit:
percipiẽdo videtur renũtiaſſe iuri ſuo dicendi inſtitutio
nem eius minus canonicã.Econtrà videtur, ꝙ nihilomi-
nus poſsit dicere priorẽ nõ canonicè inſtitutũ,& petere
A eum remoueri: [a] quia ſi cõſequor legatũ ab hærede qui
erat indignus, ex eo ꝙ defuncti necem non vindicauit,
nihilominus poſſum poſtea eum dicere indignũ ad aufe
rendã ſibi hæreditatẽ.vt ff.ad Sylla.l.penult.& arg.ff.de
37 probat.l.quidã.†Item ſi cõſequor legatũ ab hęrede inſti
tuto in teſtamẽto falſo vel minus ſolẽni:nihilomin⁹ poſ
B ſum poſtea dicere teſtamẽtũ falſum vel min⁹ ſolẽne [b] &
cõſequẽter hęredi hæreditatẽ auferẽdã: vt ff.de his qbus
vt indignis.l.poſt legatũ.ſed ex pręmiſsis arg.ſoluitur q̄-
ſtio,qa ſi cõſequor legatũ ab hærede ĩſtituto in teſtamẽ
to,quod poterã dicere inofficioſum,vel ꝑ cõtratab. rum
pere: ideo excludor,quia pẽdebat ex facto meo rũpere,
vel non rũpere teſtamentũ:vt in primis arg.ſed vbi cõſe
quor ab hęrede indigno qui necẽ nõ vindicauit defuncti,

B Adde Dy.plenè.& quæ ibi dico in regula.ex eo.ĩ.eo.tit.

A Adde, quòd idem tenet hic Ioan. Andr. & Philip. Franc. col. vlt. circa medium. & Bal. in l. quidam. ff. de probat. & ibi Flor. de ſancto Petro.

B Quid enim. hæc clauſula vſque ad verſic. decimo, non habetur in libris antiquis manu ſcriptis: nec in primum impreſsis. C.M.

C Adde, quòd iſta quæſtio non eſt domini Dyn. ſed potius additio magiſtri Petri Caponis, vel alterius, vt poteſt videre: circa quã dic, quòd nec profectò poteſt conſtitui, aut deputari, ſiue reſeruari aliqua pẽſio ei qui nõ eſt capax beneficij, ſecundum Abb. in c. ad audientiam. in ij. de reſcrip. in c. extirpandæ. §. qui verò. col. ij. de præbend. & Laius in c. cõquerente. de cler. non reſi. vbi exẽplificat in epiſcopo qui non valens prouidere nepoti de curato beneficio propter defectum ætatis, cõtulit ipſum alteri, & ſuper fructibus deputatur penſio nepoti. & hoc ſi ſine cauſa: ſed ex cauſa licita & honeſta, vt pro bono pacis. vt cap. niſi eſſet. de præbẽ. vel vbi concurrunt merita, & de ipſis conſtat. de quo vide plenè per Felyn. in

vel quia filius putabatur, cũ eſſet ſuppoſitus, vel qa inſtitutus erat in teſtamẽto falſo vel minus ſolenni: ideo non excludor, ꝙ ex facto meo non procedebat quòd hæres eſſet indignus: vel quòd eſſet filius, vel non filius. Item quòd teſtamentum eſſet falſum vel non falſum, ſolenne vel non ſolenne. & ideo non excludor vt in ſecundis ar-
38 gumentis: ſic † ergo & in propoſito dicendum eſt, quòd ſi defectus inſtitutionis factæ de priore non pendebat ex
A facto canonici percipiẽtis præbendã de manu eius, [a] ꝙ non impediatur canonicus inſtitutionem prioris minus canonicam dicere. vt d. l. penult. & l. quidam. & l. poſt legatum. ſed ſi defectus inſtitutionis pẽdebat ex facto vel ex voluntate canonici, tũc ſiquidẽ ſciebat eum non canonicè inſtitutũ, videtur renũtiaſſe iuri ſuo: vt d. l. ſi pars. & l. nihil. & l. filiũ. §. omnibus. ſed ſi ignorabat, non videtur renũtiaſſe, & ideo nõ excluditur: vt ff. de inoff. teſt. l. meter. §. cęterũ. & l. eum qui. & arg. ff. de acq. hære. l. nec
B his. §. hęres. & l. ſi is apud quẽ. §. petãt, &c. [b] ¶ Quid enim
39 de † inſtitutione alicui ad cautelã facta, vel tacite: vt cũ ſit collatum beneficiũ cuidam habili ad illud tenendũ tacito fideiuſſore ſtãte, vt fructus reſtituat legitimo, cũ illud beneficiũ tenere non poſſet: an valeat? dic quòd nõ p ea quæ dici poſſunt in l. ij. de prob. latiſsimè p Doct. in hac
C regula beneficia [c]. ¶ † Decimò ante hæc tẽpora dubitari
40 conſueuit. ſi apoſtolicę ſedis legatus, tempore legationis ſuæ reſeruauerit in aliqua eccleſia bñficiũ alicui cõferẽdũ. & executores deputauerit, & poſteà finito legationis officio beneficiũ vacauit, an executores poſsint bñficiũ taliter reſeruatũ canonicè cõferre: & conſequenter poſſit per eum cui confertur licitè obtineri? & videbatur ꝙ non, quaſi autoritas reſeruatoris expiraſſet hoc ipſo, ꝙ legationis officiũ expiraſſet. argu. de teſt. mili. l. ſi certarum. §. fi. & de iure codicil. l. cõficiũtur. §. ſi miles. ad leg. Falcid. l. ſi poſt miſsionẽ, ſicut in legibus illis finita militia expirat priuilegiũ: ſic autoritas confirmationis codicillorum in militia facta. Item pro hoc erat efficax argu-
41 mentum de iuriſd. omniũ iudic. l. eum qui. † Econtra vi-



lib. 2. cap. ad audientiam. col. ij. in j. & ij. concluſionibus. & gloſ. in c. j. de collat. §. ordinat. ſuper verbo. onus. fol. 16. in Pragma. Sanct. Facit pro dicta origine. de quo hic quod not. Card. in clem. j. §. j. q. iij. & x. de ſupplen. neglig. prælat.

A Adde, quòd reſeruatio beneficiorum non habet locum hodie in regno Franciæ. Prag. Sanct. in proœ. & tit. de elect. & de reſer. & ibi per gl. licet ſecundũ Card. Alexand. in c. j. xix. diſ. Prag. Gallorum cenſetur eſſe reprobata, eum affirment aliquas cõſtitutiones ſedis apoſtolicæ eſſe irrationabiles, neque velint eas recipere cùm huius rei iudicium habere non poſſunt. & gloſſ. c. j. §. viſum fuit, de collat. ſuper verbo, viſum tenet idem: ſed ſalua reuerẽtia tenetur, licet in pluribꝰ locis dicatur quòd futuri oratores regij inſtabunt &c. quia p hoc non videntur reprobare, & etiam de facto quàm per ordinationes regias eam obſeruant.

A detur collationem valere, qa reſeruatio [a] collata erat in tempus quo vacare contigerit: & ideo quãdocunq; poſtea vaccare contingat, trahi videtur ad tempus reſeruatio-
42 nis factæ: † quia ſi contraho ſub conditione, vel obligãdo rem meã, vel diſponẽdo de rebus meis inſtituẽdo hęredem: vel ſub cõditione legando, & poſtea quandocũque exiſtat conditio trahitur ad tempus contractus & di-
B ſpoſitionis retro factæ: [b] vt ff. de periculo & commod. rei vend. l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendente. & qui potior. in pign. habean. l. ſi. & de teſta. mil. l. quod dicitur. & s̃. de offi. deleg. c. ſi ſuper gratia. lib. vj. Sed hodie per conſtitu-
C tionem nouam poſitã. s̃. de off. lega. c. præſenti. [c] hæc du-
43 bitatio eſt remota: † quia reſeruationis autoritas expirat officio legationis finito, & ideo beneficiũ quod poſteà vacat non poteſt conferri canonicè per executores, nec licitè obtineri. ad argumentum contrariũ poteſt reſponderi, quòd loquitur in eo qui contrahebat, & diſponebat de rebus ſuis: & ideo euentus conditionis trahitur ad tempus depoſitionis, legatus autem nihil iuris habe-
D bat in vacaturis. ſed ſolus papa: [d] & ideo nihil ad rẽ Dyn.

B Adde, quando conditio trahatur retro in contractibus & vltimis voluntatibus quantum ad legatum. vide pulchrè Barto. & Imol. in l. ſi is qui pro emptore. colũ. xviij. verſ. ad primam cum fingit. ff. de vſuc. & Bald. in l. fi. §. ſed quia. C. communia de le. Ang. & Imo. in l. quæſitis. §. ſi mihi ſeruis. ff. de leg. j. & Bal. in l. hæreditas. col. j. ff. de hære. inſtituen. & Dy. in reg. quæ prior. j. eo. poſt prin. & quæ ibi dico in addit. & Doct. j. ſeq. poſtil.

C Adde, ibi gloſſ. Domin. & Doct. & gloſſ. in l. ſi certarum. §. fina. ff. de teſtament. militari. quod intellige etiam ante euentum ſucceſſoris non poterit legatus conferre beneficium finito legationis officio. ſecundum Gulielmum de Cug. & Bald. in l. meminiſſe oportebit. colum. ij. de offic. proconſul. & legati. licet ſecus ſit in alijs officiarijs, qui poterunt regere & adminiſtrare ad aduentum ſucceſſoris vſque. vt in d. l. meminiſſe.

D Papa. Et proceſſus fulminatus ab eius executore perpetuat mandatum. Dom. de ſancto Gemini. Philip. Francus d. c. præſenti. Specula. de legato. § quinto. nume. 14. Federi. de Senis. conſ. ccxcvij. quod non obſeruatur in Gallia, niſi prout in titulo de mandatis, in pragmat. & concordatis permittitur. C.M.

# In reg. Poſſeſſor malæ fidei. Argumenta.

1 *Contrariorum altero præcepto, percipitur reliquum.*
2 *Poſſeſſor malæ fidei quis verè cenſeatur.*
3 *Vẽditorẽ dolo ad vẽdẽdũ inducẽs, in mala fide cõſtituitur.*
4 *Poſſeſſor bonæ fidei dicitur, qui & fraude & fraudis ſuſpicione carere inuenitur.*
5 *Præſcribere non poteſt qui fuit in mala fide tempore poſſeſſionis inchoatæ.*
6 *Præſcriptio ĩchoata ĩpeditur ſuperueniẽte mala fide. et n. 13.*
7 *Poſſeſſor malæ fidei quanto tempore poßit præſcribere.*
8 *Dominium directum in rebus mobilibus per vſucapionem triennalem quæritur.*
9 *Dominium vtile quanto tempore quæratur præſcriptionem inchoanti bona fide, & quanto ei qui mala fide.*
10 *Vſucapio triennalis inducta eſt in fauorem poßidentis.*
11 *Dominij ſimplicis appellatione directum intelligitur.*
12 *Præſcriptio decem vel viginti annorum permittitur fauore poßidentis bona fide.*
24 *Dominium non quæritur quãtitatis temporis præſcriptione, ſi mala fides adſit.*
15 *Eccleſiarum immobilia quanto temporis ſpacio præſcribantur à priuato.*
16 *Hæreticorum bona ipſo iure conficantur ex tempore delicti commißi.*
17 *Præſcriptio quanto tempore contra fiſcum compleatur.*
18 *Eccleſiarum mobilia triennio vſucapiuntur.*
19 *Statutum generale quando deroget ſpeciali.*
20 *Conſtitutio indefinitè loquẽs quando vniuerſali æquipoleat & quando non.*
21 *Mala fides an tollat effectum præſcriptionis inchoatæ.*
22 *Actus perfectus nullo caſu ſuperueniente tollitur.*
23 *Ius canonicũ in præſcriptionibus videtur æquius iure ciuili.*
24 *Aequitas naturalis præferenda eſt rigori iuris.*
25 *Præſcriptio de iure canonico an requirat titulũ cum bona fide. & nu. 27.*
26 *Titulus non requiritur in præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, ſicut nec bona fides.*
28 *Bona fides in quibus non ſufficiat ad præſcribendum.*
29 *Tempus longißimum habetur loco tituli.*
30 *Bona fides an requiratur in p̃ſcribẽdis rebus incorporalibus.*
31 *Titulus quare in præſcriptione rerum corporalium requiratur non autem incorporalium.*

32 Titu



32 *Titulus & longæua poſſeßio quando à præſcribente allegari debeant.*
33 *Vſusfructus qualiter & quando præſcribi poßit.*
34 *Titulus eadem ratione in vſusfructus præſcriptione requiritur qua & in dominij.*
35 *Vſusfructus iure communi poteſt poßideri.*
36 *Bona fides an requiratur tempore contractus, traditionis & continuatæ poſſeßionis. & nu. ſeq.*
38 *Poſſeſſor an dicatur malæ fidei, qui in facto errauit.*
39 *Poſſeſſor an poßit dici in bona fide qui errauit in iure.*
40 *Errans in facto & iure, an ſit in bona fide.*
41 *Error facti concurrens cum errore iuris inducit bonæ fidei præſumptionem.*
42 *Bona fides an proſit hæredi eius qui mala fide poſſedit.*
43 *Præſcriptio impeditur mala fide ſuperueniente.*
44 *Titulus an requiratur, cum libertas contra ſeruitutem præſcribitur.*

## REGVLA II.

POSSESSOR ***malæ fidei ullo tempore non præſcribit.***

¶PRAEMITTENDVM eſt ad euidẽtiã iſtius regulæ. Quis dicatur malę fidei poſſeſſor qui præſcribere non poteſt, & cõſequenter videbitur quis ſit bonæ fi-
1 dei qui præſcribere poteſt: quia † per intelligentiã vnius contrariorũ, percipitur alterius intellectus. vt ff. de accu. l. qui accuſare. & de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. j. circa prin. & de præt. ſtip. l. j. §. ſtipulationũ. & inſti. de tutel. in
2 prin. † Malæ fidei a autẽ poſſeſſor dicitur qui ſciẽs cõtra
A canonũ vel legũ interdicta mercatur: vt j. eo. c. qui contra. & C. de agric. & cenſi. l. quẽadmodũ. in fi. lib. xj. Item ille qui emit contradicente domino. vt C. de rei ven. l. ſi fundũ. nã qui ſpreta contradictione ad emptionẽ proceſſit, præſumitur fraudis particeps eſſe, & conſequenter bona fide carere. vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi quis
3 particeps. & de lega. præſtan. l. virilis. §. ſi adierit. † Itẽ ille qui ad vendendũ venditorẽ induxit dolo, dicitur malæ fidei poſſeſſor. C. de reſc. ven. l. ſi dolo. & l. dolus. Item ille qui emit ab eo quẽ ſciebat vendere non poſſe: vt à pupillo ſine tutoris autoritate, vel falſo tutore, quem ſciebat tutorẽ non eſſe: vt ff. de contrah. emp. l. qui à quolibet. &
4 de public. l. quæcunque. §. qui pupillo. † Bonæ fidei verò

econtrà

A ¶Adde quis dicatur malę fidei poſſeſſor. Ab. in c. grauis. de reſti. ſpo. gl. Bart. & doct. in l. ex diuerſo. ff. de rei vend. & Cy. & doct. in l. certum. C. de rei vendic. & Io. de Platea in l. quẽadmodũ. verſic. vlt. not. col. vlt. C. de agricol. & cenſi. in xj. gl. ſ. Ab. Sic. & Fel. in cap. ſi diligenti. col. ij. & ſeq. ibi Bal. col. ij. verſi. quæro quę ſunt illa. de præſcri. & Abb. in c. fin. eod. tit. & Bart. in l. fundum. §. fundi. ff. de vſucap. & Alber. de Roſa. in ſuo Dictionario. verſi. ſine poſſeſſione. & per doct. hic & Abb. Sicu. in conſil. lxxvj. vlt. dubio. colũ. vlt. vo. j. & quomodo probetur mala fides Ab. in conſil. lxxxj. in j. col. & Ang. conſi. clx. & Hippo. de Marſil. in ſuo ſin. xxxiij.

A Non præſcribit. Tu dic ꝙ hæc regula non tantum procedit de iure canon. ſed imo etiã eſt intantũ vera, vt omnes ll. quæ in oppoſitũ diſponunt, puta l. omnes. & l. ſicut, cũ ſi. quæ dicunt præſcr. cũ mala fide currere, hodie ſint de iure cano. correctæ, prout tenet gl. Inn. Ant. Imo. Pan. & alij mod. in c. ſi. de præſcr. Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. e. d. cond. & demon. Ang. & Imo. in l. ſequitur. §. ſi viã. ff. de vſu.

econtrà dicitur qui fraude qualibet & fraudis ſuſpicione
caret: vt quia emit vel alio titulo accepit ab eo quẽ crede
bat dominũ eſſe vel putauit eũ qui vendidit, ius vendẽdi
habere, quia credebat eũ eſſe tutorem vel procuratorem
domini. ff. de ver. ſig. l. bonæ fidei. Eſt ergo huius regulæ
intellectus duplex, & vterq; continet veritatem. Primus
dicit † ꝙ ille qui habuit malã fidem tẽpore poſſeſſionis 5
inchoatæ & continuatæ, nullo tẽporis tractu ſeu tẽporis
continuatione præſcribit, [a] etiam ſi centũ annis vel vltra A
poſſeſſionẽ continuaret. † Secundus eſt intellectus, ꝙ ſi 6
poſſeſſor tẽpore inchoatæ poſſeſſionis habuit bonam fidem, & conſequenter præſcriptionẽ inchoauit: & poſteà
tempore procedente ſuperuenit mala fides, impeditur
proceſſus, & effectus præſcriptionis inchoatæ, & ideo illa
verba, vllo tẽpore, determinare poſſunt præcedentia &
ſubſequentia: nã ſecundum primum determinãt ſequentia. Secundũ verò ſecundũ determinant præcedentia. Sed
opponitur ſecũdum primũ, iure cauetur † ꝙ malæ fidei 7
poſſeſſor præſcribit ſaltẽ ſpatio triginta vel quadraginta annorũ: vt C. de præſcrip. trig. ann. l. omnes. Sed ſciendum eſt ꝙ hîc legiſlator conſiderauit naturalẽ equitatẽ
diſpoſitioni diuinæ conuenientẽ: qua cauetur, ꝙ cum alterius iactura locupletari non decet: ius verò ciuile conſiderauit rigorem ex conſtitutionibus hominum ſuadentibus aliquibus publicis vtilitatibus procedentem, id
eſt vt dominia rerum non eſſent omni tempore indiſtincta ſiue incerta: vt ff. de vſuc. l. j. & propter finem faciliùs
litibus imponendum: [b] vt ff. pro ſoc. l. fi. † nam iure ciuili B
per vſucapionem triennij, quæ procedit in rebus mobi- 8

Guli. de Cug. in l. ſi quas actiones. nu. ij. & ibi poſui in apoſt. ad eũ in ver. requiritur bona fides. C. de ſeru. & aqua. Panor. in ca. peruenit. nu. iij. & ibi poſui in apoſt. ad ipſum in verſ. eũ mala fide. de empt. & vendi. Matt. Matthe ſilla. ſingul. ſuo xxiij. not. quod omnes leges. & Alexand. conſi. clxxxviij. incip. viſo titu. quæſt. col. xiij. ver. venio ad ſecundũ dubiũ. vol. ij. & conſil. xxxiij. incip. viſo proceſſu cauſæ. col. j. volu. iij. quod eſt verũ nõ ſolũ in actionibus realibus, verũ etiam in perſonalibus, prout tenent communiter omnes docto. in locis ſ. alleg. reprob. opin. Bart. in l. ſequitur. ſ. alleg. de quo omnino per Tho. Ferra. in ſuo tract. cautelarum. c. xxxvij. incip. exploratum iuris eſt. quod facit ad apoſt. ſeq.

B Adde dum dicit Dyn. hîc præſcriptionem non eſſe contra ius naturale; quod idem tenent Io. And. hic & Pet. de Anch. & Philip. Franc. col. ij. Abb. Sicul. in rub. de præſcrip. col. ij. & glo. in c. ius naturale. & ibi Card. Alex. col. ij. poſt prin. & Domi. j. diſtinc. dicentes, ꝙ licet præſcriptio ſit iniqua reſpectu priuatæ vtilitatis: tamen æqua reſpectu publicæ: nec repugnant fini æterno: ideo ſeruanda. de quo vide pulchrè Fel. in d. rub. col. ij. verſi. dum dicit Abb. &c. & quæ res non poſſunt præſcribi,

libus



& in quibus caſibus non currit præſcriptio: & quæ perſonæ non poſſunt præſcribere, & contra quas non currit præſcriptio: vide gloſ. amplam in c. cum nõ liceat. de præſcr. & Spec. tit. de præſcr. per totum. & Abb. in conſi. xciiij. lib. j. & an poſſeſſor malæ fidei non poſsit præſcribere, & iura ciuilia in præſcriptione ſint correcta iure canonico. vltra Dy. Ioan. And. in v. q. & Philip. Franc. hic col. ij. & ſeq. vide

libus, & in qua requiritur titulus & bona fides, quæritur
dominium directum: vt ff. de vſucap. l. iij. & de acquiren.
rerum domi. l. j. Item in præſcriptione x. vel xx. annorũ,
A quæ procedit [a] in immobilibus & in iuribus incorporalibus. vt C. de præſcrip. long. tempor. l. fin. & de vſufruct.
l. corruptionem. & de ſeruitu. & aqua. l. penult. in qua requiritur ſimiliter titulus & bona fides, quæritur dominium vtile, cuius occaſione datur vtilis in rem etiã contra dominium habentem directum: vt C. de præſcript.
9 xxx. annor. l. ſi quis emptionis. in princ. & ibi not. † Item
in præſcrip. xxx. annor. & etiam xl. ſi poſsidere bona fide

Abb. in cõſil. iij. q. xiiij. vol. ij. & Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. Docto. in c. ſi diligenti. & in ca. vigilanti. & c. ſi. de præſc. & ſing. Alex. in conſil. xxxiiij. col. ij. in princi. lib. ij. & in cõſ. cxix. colũ. ij. in prin. vol. iij. & Cy. & doctor. in authent. malæ fidei. C. de præſcri. x. vel xx. ann. Bart. Ang. & mod. in l. ſequitur. §. ſi viam. & Alex. in apoſtil. ibi. & Bart. ff. de vſucap. & Ang. in l. j. C. de præſcript. xxx. ann. & Bald. in c. ſi quis per xxx. & ibi Card. in Ale. ſi de feud. controuer. fuer. inter dom. & agnatum. & Bal. latius in c. ſi. de præſcrip. & Ang. in rep. l. j. de iudic. & vide Bart. in l. hæc autem iura. ff. de ſeruit. vrb. præd. vbi opin. Bar. & in d. §. ſi viam. reprobatur, volendo ꝙ iura ciuilia non ſunt correcta à iure canonico, vbi præſcriptio cauſatur ex negligentia alterius ſine aliqua poſſeſſione præſcribentis. & ipſum Bart. reprehendit Bal. in conſi. cccl. circa fin. lib. ij. de quo vide Fel. in d. c. ſi. de præſcr. qui enumerat plures doct. conuenientes cũ do. Bar. tamen contra Bar. cõmunior eſt opi. & ibi ponit quatuor declarationes, limitationes, & ſaluationes &c.

A Adde an per vſucapionem vel præſcriptionem quæratur dominium directum aut vtile. gl. & Bart. & Bal. Sal. in auth. niſi tricennale. C. de bo. mater. gl. Io. Fab. & Ang. Aret. inſt. de vſucap. in princ. & ibi Bal. col. ij. cum ſeq. & gl. Bal. & Sal. col. iiij. & v. in l. traditionibus. C. de pact. & ibi Alex. colum. ij. & gloſſ. in rub. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. & gloſſ. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vend. & gloſ. in l. ſi quis. in verb. creditores. & Salic. C. de præſcrip. xxx. annorum. Specul. titu. de præſcript. in princ. Bart. in l. iij. de vſucap. & in l. Sticho. ff. de vſufruct. lega. & latè Imo. in c. fin. colum. xxiiij. de præſcrip. & gloſſ. & Ange. in authent. vt eccleſia Roma. in fin. Archid. in cap. ſeruitium. xviij. quæſt. ij. & gloſſ. in dicta l. iij. de vſucap. & Ioan. Andr. hic, & Marian. Socin. de Senis in rub. de cau. poſſeſſ. & propr. verſic. xviij. & Abb. in cap. ad aures. & in rub. de præſcript. vbi concluditur per docto. communiter, quòd directum dominium non quæritur per præſcriptionem xx. vel xxx. annor. & vide ſing. Fel. in d. rubr. de præſcript. col. j. qui ponit regulam cum nouem fallentiis, & Alex. conſi. lxxxviij. col. iij. in princ. verſic. probauit. volum. ij. & Ioan. Petr. de Ferrar. in forma lib. in actione reali. in verb. iure domini. & Bald. in authentic. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. colum. ij. in princ. & Bald. in repet. l. fina. col. vj. C. de præſcript. & Chriſtopho. Porc. & ibi Iaſ. de May. inſtit. de vſucap. in princ. in gloſſ. in verbo, dominica. & Innoc. & Abb. Sicul. in cap. cæterum. de iud. & Bart. in l. j. §. denique. ff. de aqua pluuiali arcenda. & ibi per mod.

inch

inchoauerit quis, quæritur dominium vtile : ſi mala fide
inchoauerit,quæritur ſola exceptio contra dominũ:vt d.
l.ſi quis emptionis.ij.reſpon.adeò ꝙ mala fides poſt pre
ſcriptionem inchoatã ſuperueniens, nihil præiudicat in
aliquo prædictorũ.C.de vſu.transfor.l.vna.§.hoc tãtum.
Ratio verò diuerſitatis prædictorum eſt, † quia vſucapio 10
triennij eſt inducta in fauorẽ poſsidentis tantùm,& ideo
per eam quęritur dominium directum,adeò quod nihil
iuris remanet penes primũ dominum:quod ex eo patet,
quia lex dicit,ꝙ vſucap.triennij quæritur dominium : vt
d.l.iij.de vſucap.& C.de pact.l.traditionibus. conſtat au-
tem † ꝙ ſimplex dominij appellatio ad directũ refertur. 11
vt ff.ſi ager vecti.vel emph.l.j.& ideo fauor iſte amplia-
tur.vt j.eod.c.odia.præſcriptio autem xxx.annorũ indu
cta eſt in odium negligentium tantùm,non autem in fa
uorem malæ fidei poſſeſſorũ : quia iſti non fauent iura:
vt hîc.& C.de agri.& cenſi.l.quemadmodũ.& ideo odiũ
illud reſtringitur.vt d.c.odia.& l.cùm quidã.ff.de libe.&
poſth. † In præſcriptione autem x.vel xx.annor. verſatur 12
fauor ex parte [a] poſsidentis bonã fidem habentis.odium A
verò ex parte nõ petẽtis ſeu petere negligẽtis: & ideo in
ea eligitur quædã media via:quia ex ea parte qua dicitur
inducta in fauorẽ poſſeſſoris, quæritur vtile dominium
poſſeſſori.ex ea verò quæ dicitur inducta in odiũ negli-
gentis, facit dominium directũ remanere penes ipſum
negligentem , ratione cuius agere poſſet actione in rem
directa contra alium poſſeſſorẽ,ſed non contra eum qui
præſcripſit:vt d.l.ſi quis emptionis.& hæc procedunt iu-
xta prædictam regulã,odia reſtringi & fauores conuenit
ampliari. De iure verò canonico in vſucapione triennij,
& præſcr.x.vel xx.ann.idẽ per omnia ſi bona fides fuerit
continuata vſq; ad finẽ extremi momenti cõpletæ præ-
ſcriptionis, † ſed ſi mala fides ſuperuenerit quandocun- 13
que,ante finem præſcriptionis completæ, impeditur in-
choatæ præſcriptionis continuatio: & hoc volunt dicere
verba regulæ,prout illa verba,vllo tẽpore, determinant
pręcedentia.Item videtur hîc caſus de iure canonico,† ꝙ 14
nec dominiũ nec exceptio quæritur præſcr.x.vel xx.vel
lx.an. vel etiã centũ,vel etiã vllo temporis ſpatio, cũ in-
teruenit mala fides:& hoc intendit regula cũ dicitur,vllo
tẽpore determinando ſequẽtia:& hæc vera ſunt in rebus
laicorũ:in rebus verò eccleſiarũ, licet opiniones ſint va-

A Adde Bart. in l.naturaliter. in prin.col.j. ff. de vſuca.& tex. glo.Cyn.Barto. Bald. & Alex.in l.fi.de edict.diui Hadr.tollen. & Bart.in l.fin. ff. de eo per quem fa.& Ludo.Bolog. in d. l.fi. de edict.diui Hadr.tol. in ſuis ſecundis interpreta.dicens iſtud procedere pręterquam in materia feudali.nã ſemper eſt præſcriptio ibi fauorabilis. & alleg. Bal.in ca.j.§.ſi quis de manſor. col. ij. de controuerſ. inueſt.ver.opp. iſta litera facit viij. & ibi idem tenet Car.Alex. colum.j.& adde Ang.Are.inſtit. de vſuc.in prin. col.pen. in fi.& Chriſt.Porcum ſuper rub. eod. tit.inſti.& Inn. in ca. cæterum. de iudi.Et quæ dixi in §. xv. in gl.j.de conſuet. feud.



15 riæ,videtur tamen mihi † ꝙ res immobiles eccleſiarũ a
A præſcribãtur à priuato,& ab alia eccleſia ſpatio quadra-
ginta annorũ:vt s̃.de præſcrip.c.j.& ij.& in authẽ.colla.
ix.de eccle.talis.§.pro tẽporalibus. C.de ſacroſan. eccle.
auth.quas actiones. Idem in bonis vacantibus,quæ defe-
runtur eccleſiis,vel quæ fuerũt hæreticorũ,vel alia cau-
ſa de qua habetur exemplum.C.de ſacroſan.eccle.l.fi.s̃.
16 de præſcriptio.c.ij.lib.vj.& ratio eſt aperta:† quia bona
hæreticorum ipſo iure ex tempore delicti intelliguntur
commiſſa ſeu confiſcata,licet occupari non debeãt ante,
quàm ſententia fuerit ſuper crimine promulgata : vt s̃.
de hære.c.cum ſecũdum leges.lib.vj.ff.de iure fiſci.l.j.§.
an bona.& l.imperator.& ff.de pub.& vectig.l.cõmiſſa.
& C.ad leg.Iul.maieſta.l.pen.& fi.& C. vbi cauſæ fiſca.
17 l.j. † ſed contra fiſcum præſcribitur minori tempore b,
B quia ſi poſsidetur cum titulo , præſcribitur eo tempore
quo præſcriberetur contra priuatũ. vt ff.de vſuca.l.quã-
uis.ſi ſine titulo, ſiquidem velit poſſeſſor inchoare præ-
ſcriptionẽ,ex eo tempore quo cœperũt vacare, præſcri-
bit viginti annis:ſed ſi ex eo tempore quo fuerũt delata
fiſco,præſcribitur quatuor annis. ff.de iur.fiſ.l.j.§.diuus.
& §.præſcriptio.& de diuer.& temp.præſcri.l.inter qua-
tuor.& l.in omnibus.C.de quadriẽ.præſcri.l.j. & ibi no.
18 † Res autem mobiles eccleſiarũ vſucapiuntur triennio
cum hoc reperiatur iure ciuili determinatũ : vt d.§. pro
temporalibus.& auth.quas actiones.nec huius contrariũ

A Adde quantum tempus requiratur in præſcriptione rerũ mobilium & immobilium eccleſiæ Rom.& aliarum etiam eccleſiarum vt poſſunt præſcribi.Saly.in l. ij.C.cõmunia de vſuc.col.ij.& Alex.conſi.lxxxiiij.col.ij.verſi.ij.dicimus.lib.j. & in conſi.clxix.incip.viſo themate.col.j.verſ.nam ad hoc lib.ij.& tex.Abb.& Fely.in c. ad aures.in prin.de præſcri.& Fely.in c.ad audientiam.ver.vlt, facias regulã.col. viij.e.tit.& Bal. in cõſi.clxxx. in fi.lib.iij.& Lud. de Rom.in cõſi. lix. col.ij.verſi. vlt.pręmitto.& Pau. de Caſtro. cõſi.ccxv.incip. viſo puncto. in nouis, colũ.j. & Angel. Aret. & Bar.in §.res fiſci. & ibi Iaſ.in addit.ad Porcũ inſtit. de vſuca. vbi habes.de p̃ſcri.rerũ eccleſię mobilium.& per Bald.in l.ij. C.ne rei do. vel templo. & per Doct. Moder.in c.fi. de præſcri. s̃.eo.lib.& Ang. de Peruſ. in l.j. C.de an.except. Arch.in §.quas. xvj.q.iij. Bal.in c.vigilanti. col. penult. de præſcri.& Abb.pulchrè poſt Cal.& Imo.in ca.j.col. vj.de in integ.reſtit.Imo.latè in c.illud.col.ij.de præſcri.& ibi Bal.in prin. & Saly. in l.vna.C.de vſuca.transfor.poſt prin.& Felyn.in c.de quarta.col.vlt. de præſcri. & Abb.Sicu.in conſi.xcviij.col.vlt.lib.j.& deciſ.Parla.Gratianopol.Delph.q.c.cum ſeq.vſq; ad cliiij.& in q.clxj. & ibi in addit.& q.xxxvj.

Adde Bal.in l.ſicut.in fi.& quod ibi poſui in apoſt. ad ipſum in verb. res immobiles.vbi citaui Domi.apoſtil.hic Cardin.in clem.ij.§.irritum.q.ij.de cle.do.& Iaſ. de May.in authen.quas actiones.in j.no.C.de ſacroſan.eccle. & Pau.de Caſt.conſi. xlviij.aliàs lij.incipien.in cauſa quæ vertitur.

B Adde quanto tempore res fiſcales præſcribantur.vide Doct.in l.ij.C.cõmunia de vſuca.& Io.Fab.& Ang.Aret.in §.res fiſci.inſtit.de vſuca.& Alex.in dicto conſi. lxxxiiij.lib.j.& Fely.in c.cum nobis,col.v.& ſeq.& ibi Abb.de reſcri. & quãdo bona

ɡonfiſcata & delata præſcribantur, vide Bal. in conſi. cccviij. ante fi. lib. iij. & Pau. de Caſt. conſi. ccv. in antiq. ordine meorũ. ſed numero antiq. eſt cccxij. & Io. de Pla. in l. iubemus. verſi. qualiter. C. de fun. patri. lib. xj. & in l. j. verſi. iij. no. de bo. vacan. lib. x. & Chriſtop. Porcus in d. §. res fiſc. & ibi Iaſ. in addit. vbi ponit ij. fallen. in §. ſi verò expectet. de vſuca. inſtit. & deciſ. Parlamenti Delphinal. q. ccccvj. in prin.

reperiatur inter canones determinatũ: niſi aliquis diſpu-
tando diceret ꝙ contrarium videtur caueri per cõſtitu-
tionem generalem, quæ ſtatuit ſimpliciter quadraginta
annos in rebus eccleſiarũ. † Sed ad illud reſpondetur, ꝙ 19
ſtatutũ generale non derogat ſpeciali. ſ. de conſti. c. j. lib.
vj. ſed qui ſuſtinent opinionẽ auth. contrariam, dicunt ꝙ
illud habet locũ quando ſpeciale & generale ſtatuuntur
eodem iure: hic a autẽ generale videtur de iure canoni- A
co, ſpeciale verò de iure ciuili, quo caſu nõ poteſt in ali-
quo derogare. Sed nihil eſt: quia in d. c. j. de conſtit. per
ſummum Pontificem inducebatur cõſtitutio generalis:
& per alios conſuetudo vel cõſtitutio ſpecialis, & tamen
ſpecialis generali derogat. Sed illud cõtingit per ſpecia-
lem permiſſionẽ ſummi Pontificis: aliàs lex generalis
ſuperueniens tolleret ſpecialem præcedentẽ: vt ff. de ſe-
pul. viola. l. iij. §. diuus. Sed adhuc videtur mihi inhæren-
dum primæ opinioni. † quia cõſtitutio quæ loquitur in- 20
definitè, nõ æquipollet vniuerſali, quãdo non eſt eadem
ratio & cõditio omnium particularium in vniuerſo cõ-
prehenſorum: vt oſtenſum eſt ſ. in prin. rub. conſtat au-
tem aliam eſſe rationẽ, & conditionẽ mobilium, & im-
mobilium: ergo cõſtitutio prolata ſimpliciter reducitur
ad diſtinctionẽ auth. Romana verò eccleſia ſola de iure
communi gaudet præſcriptione centum annorũ: vt ſ. de
præſcri. c. ij. lib. vj. & in authẽ. vt eccleſia Roma. colla. iij.
† Secundo opponitur, quia videtur ꝙ licet mala fides ab 21
initio interueniens impediat præſcriptionem inchoari:
non tamen tollit effectum inchoatæ: quia quæ ab initio
aliquid fieri impediũt, ex poſtfacto ſuperuenientia non
tollunt iam factum: vt j. eo. factum legitimè. ff. eo. l. in
ambiguis, §. non eſt nouũ. Sed ſolutio b paret † quòd ſi B
factum eſt perfectũ, caſus ſuperueniẽs qui ab initio im- 22
pediret non tollit iam factũ: vt in prædicta regula, factũ
legitimè. & in præalleg. §. non eſt nouũ. ſed vbi factum
erat inchoatũ & non perfectum, caſus ſuperueniens qui
ab initio impediret inchoari, impedit etiam perfici in-
choatum. ita loquitur hic prædicta ſolutio. probatur ff.
de verb.

A Adde Ioan. Andr. & Domi. in c. j. de cõſue. ſ. eo. lib. & Bal. conſ. clij. lib. iij. & latius. in cõſ. ccccj. in ij. vol. & ibi vide quid in ſtatutis. & Alex. conſ. cvij. lib. v. colũ. ij. in prin. ver. cõfir- matur. & Io. de Imo. in l. ſi ve- rò. §. de viro. ff. ſolu. mat. & no. quòd cõſtitutio generalis non cõprehendit ea quæ in ſpe ſta- tuere non poſ- ſet. vt no. Ludo. in conſi. ccxcix. col. ij. verſ. ij. & adde not. p Dy. & quæ ibi dico in regula, gene ri per ſpeciem. fo. 40. & Bal. & Docto. moderni in l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de vulg. & pupi. & ad no. per Dyn. vide in §. j. colũ. pen. de præſcri.

B Adde ꝙ mala fides ſuperueniens de iure canonico nocet ꝑſcribẽti, vt hic. & no. Doct. in c. ſi diligenti. & c. vigilanti. c. ſi. de



præſcri. ſecus de iure ciuili. vt eſt tex. & ibi Cyn. Bal. & Ang. in l. vna. C. de vſucap. transfor. & Ang. Aret. inſtit. de vſuca. in prin. col. iij. & ibi Chriſtopho. Porc. & pulchrè Iaſ. in addit. ad eum. & Alex. in addit. ad Bal. in d. l. vna. & per ipſum Bal. in l. ſuper long. col. iij. C. de præſcri. long. temp. x. vel xx. ann. & Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap. ſed ſuperuenientia maximè fidei poſt completam præſcriptionem non nocet in foro conſcientiæ: vt not. Abbas poſt Card. & Imo. in ca. vigilanti. de præſcri. & Ang. Aret. de vſuca. in princ. col. iij. & Ioã. And. hic. Bald. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & Pet. de Anchar. hic. col. xxij verſic. quæro circa dubiũ. & vide Lud. de Ro. in rub. de arbit. ij. colum. Imo. in ca. ſi. de præſcri. Ang. in repet. l. j. C. de iudi. Bal. in d. c. vigilãti. per plura iura, maximè per tex. meliorẽ. de iur. & gloſ. incognita ſecundũ eum in l. j. §. ſi. cũ l. ſeq. ff. de itin. actuq; priuat. ibi, neq; enim corrumpi aut mutari ſuperueniẽte delicto poteſt, ꝙ legitimè tranſactum eſt. vide Felyn. in d. c. vigilanti. col. vlt. verſi. ſuperuenientia. Et Abb. Sicu. in conſi. iij. q. xiij. & ſeq. volu. ij.

de verb. oblig. l. ſi ſub vna. §. ſi quis. & l. pluribus. §. & ſi
placeat. de ſerui. l. pro parte. & de ſerui. ruſti. præd. l. via.
§. quicunq;. & plenè dicitur j. eo. c. factũ. per quod patet
23 † quòd ius canonicũ rectiùs procedit circa tractatũ præ-
ſcriptionũ quàm ius ciuilè, ſecundum generales & com-
munes regulas. Tertiò opponitur & videtur ꝙ quantũ-
cunq; omni tempore interuenit bona fides: præſcriptio
non poſſit procedere: conſtat enim ꝙ æquitas naturalis
ſcripta, eſt, qua cauetur neminẽ cum alterius iactura lo-
cupletari debere: vt ff. eo. l. iure naturæ. & de cond. inde.
nam hoc natura. & de inſtito. act. l. ſi quis mancipium. §.
24 Proculus. † Cùm ergo rigor iuris præſcriptionem indu-
cens ſimpliciter ſcriptus reperiatur, præualere debet æ-
quitas naturalis. C. de iudic. l. placuit. & ff. depoſi. l. bona
A fides. Sed dicendum a eſt, ꝙ vbi reperitur ęquitas ſcripta
in genere, & rigor contrarius in genere, præualet æqui-
tas: ſed vbi reperitur æquitas ſcripta in genere, rigor in
ſpecie. ſicut eſt in propoſito, quia æquitas generalis na-
turaliter dictat neminem debere cum alterius detrimẽ-
to locupletari: rigor verò dictat ſpecialiter præſcriptio-
nes procedere in alterius damnũ, fauore bonę fidei poſ-
ſeſſoris, in odium negligentiũ, præfertur rigor: quia in
iure noſtro generi per ſpeciẽ derogatur: vt j. eo. gene-
25 ri. ff. eo. l. ſemper in iure. cũ multis ſimi. † Quærendum
eſt autem vtrum de iure canonico requiratur in præſcr.
B titulus b & bona fides, vel an ſufficiat bona fides tantùm
ſine titulo: nam de iure ciuili conſtat ꝙ in vſuca. triennij
& in præſcriptione decẽ vel xx. ann. requiritur tit. & non

A Adde Cyn. & Bal. in l. placuit. C. de iudi. quæ allega. hic Dyn. & vide Bart. & Doct. in l. j. C. de legib. & plenè per Doct. poſt glo. in c. ſi. de tranſact. per Specu. tit. de leg. §. diſpenſatio. verſi. notandum. cum ſeq. & Alex. in d. l. placuit. & per Felyn. in c. vigilanti. col. iiij. verſi. v. de præſcrip. & Bar. in l. j. ff. de vſucap. & Felyn. in c. cum illorum. col. iij. de ſenten. excom. & in c. ij. col. j. de re iudica.

B Adde quando requirantur in præſcript. titulus & bona fides. Doct. & maximè Felyn. melius quàm alibi in c. de quarta. col. vij. verſi. ſed ad cognoſcendũ. de præ-

ſcri. vbi ponit plures doctrinas multipliciter limitatas: & gl. Abb. & Fely. in c. ſi diligenti. ver. cæterũ. col. vj. cum ſeq. de præſcri. Io. Fab. & Ang. Aret. inſtit. de vſuca. in prin. & Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap. & Alex. conſi. lxxxvij. col. pen. verſi. ſtante. lib. ij. & in conſi. cxxxvj. col. j. verſi. vel etiam. eo. lib. & Bal. in repet. l. fi. C. de præſcri. & Alex. conſi. xcix. per totum lib. iiij. vbi ponit quid de iure ciuili & canonico. & per Bal. in l. nullo iuſto. C. de rei vendi. & ibi vide Sali. & Alex. conſi. lxxiiij. col. penult. verſic. circa ſecundum. lib. iij. & Ludo. de Ro. cõſi. clxvj. verſ. quo ad tertiũ. col. ij. & Alexã. conſi. lj. in prin. lib. v. & in conſ. cxlj. in prin. eo. lib. x. & Alber. de Roſa. in Dictionario ſuo: in litera, præſcriptio. verſic. an vna eccleſia. vbi ponit quòd ad complẽdam præſcriptionẽ, quatuor requiruntur, ſcilicet continuatio tẽporis, ſeu poſſeſsionis, bona fides, iuſtus titulus, verus ſiue præſumptus: & quòd res nõ ſit vitioſa, ſed præſcriptibilis &c. & Alber. in dicta l. Celſus. de vſuca. tex. & Saly. in l. fi. C. de vſuca. pro hærede. & gl. in c. j. & ibi Doct. de præſcri. s̃. eo. lib. & Ang. Aret. & Iaſ. de May. in §. ſed iſte. de actio. & Cepol. in cautela cv. & Ang. in l. in ſeruorum. C. in quib. cauſ. ceſſat longi tempo. præſcri. & vide in ſeq. q. in prin. & in v. q. & quæ ibi dico. & Deciſ. Capellæ Tholoſ. deciſ. lxxiiij.

ſufficeret bona fides. C. de rei vendi. l. nullo. & ff. de vſuc. l. Celſus. vel ſaltẽ error facti probabilis, qui titulo æquipollet: vt ff. pro empt. l. quod vulgò. & de vſuca. l. nõ ſolùm. §. quod vulgò. & de iure dot. l. Proculus. & de vſuc. pro lega. l. pro legato. & pro ſuo. l. ſi ancillã. §. fi. & notari ſolet ad plenum in l. præalleg. Celſus. † In præſcri- 26
ptione autẽ xxx. vel xl. anno. nec tit. nec bona fides requiritur, cùm etiam fures præſcribãt xxx. vel xl. annis: vt C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. l. omnes. & hoc ſi agatur de præſcribendis rebus priuatorũ: ſed ſi de rebus eccleſiarum, tũc etiam in præſcri. xl. ann. tit. & bona fides requiritur, ſicut in præſcriptione priuatorum ſpatio x. vel xx. anno. vt C. de ſacroſan. eccle. authen. quas actiones. & in auth. de eccle. tit. §. pro temporalibus. † de iure verò ca- 27
nonũ, iure veteri videbatur requiri bona fides & titulus: licet in hoc fuerint opin. vt s̃. de præſcript. c. ſi diligenti. iure verò nouiſsimo diſtinguitur rationabiliter: quia in rebus eccleſiaſticis quæ poſsint poſsideri iure communi, nec præſumptio eſt contra poſſeſſores, ſufficit bona fides. † Sed in his quæ de iure communi nequeunt poſ- 28
ſideri, vel contra poſſeſſorem eſt præſumptio, bona fides non ſufficit: ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi: niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat: vt s̃. de præſcript. ca. primo. † Tranſcurſus enim temporis 29
A cuius contrarij memoria non exiſtit, loco tituli [a] habe-

Adde Bald. in c. fi. col. & verſi. ſi quis tamen vellet facere. de præſcri. vbi ponit vnam cautelam per quã poteſt præſcribi cum mala fide. & licet alias ponit Tho. Ferra. in ſuo tractatu cautelarum, caute. xxxviij. incip. explorati iuris eſt.

A Adde glo. & Abb. in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. & in c. quanto. de conſuet. & glo. ſing. Domi. & Doct. moder. in c. j. de præſcri. s̃. eo. lib. Bal. in l. ſi arbiter. tam in antiqua, quàm in noua lectura. ff. de proba. & Ioan. de Plat. in l. vſus aquæ. C. de

tur: vt



aquæductu. lib. xj. Bar. & Doctores in l. j. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. & Bal. in l. conuenticulam. col. v. C. de epiſco. & cler. & Inno. in c. quid per nouale. & ca. veniens. de verb. ſignifi. & quod no. Abb. in c. ſuper eo. de parochi. & pulchrè Felyn. in cap. cauſam. col. ij. verſi. ſigna theoricã. de præſcrip. & quæ dixi in §. j. de præſcrip. & in §. xj. de conſuetu. præd. in lib. conſue. Biturigũ. & qualiter probent non ſtare memoriam in contrariũ. vide Docto. s̃. alleg. Alexand. in conſil. lxviij. col. ij. & in cõſil. cxxxvj. vj. col. verſi. ſed ad hæc. lib. ij. & ad prædicta. vide Alexã. conſi. vj. col. j. & in cõſi. vij. lib. j. Spec. & Ioan. And. in tit. de proba. §. j. verſi. vlt. qualiter fiet probatio. & Oldr. conſil. ccliij. & modus probandi præſcriptionem centum annorum. vide per Abb. & Felyn. in c. cum nobis. col. iiij. poſt princip. verſi. vlterius. de præſcript. & per Felyn. in c. veniens. Ioan. ij. de teſtib. & Bald. in authẽ. quas actiones. coll. vlt. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Barto. conſi. clxxxix. col. ij. & Abb. Sic. in conſi. vij. & conſi. xviij. vol. ij. & Deciſ. Parlamen. Gratianopolis Delphinalis. q. ccclxvij. & ibi in addit. & Cepo. in conſi. xxij. col. iij. in princip. & Cal. in conſi. fin. titu. de conſuet.

tur: vt ff. de aqua pluuia arcenda. l. j. §. fi. & l. ij. & l. fin. & de aqua quotidiana, & æſtiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ.
30 ¶ † Item nũquid in præſcribẽdis rebus incorporalibus ſit
A neceſſaria bona fides [a], & titulus: vel an ſufficiat bona fides? Et dicendũ eſt etiã de iure ciuili, q ſufficiat bona fides, nec eſt opus probare titulũ: vt ff. ſi ſeruit. ven. l. ſi quis
31 diuturno. ¶ † Quare autẽ in præſcriptione rerũ corporalium titulus requirat. & nõ in præſcriptiõe rerũ incorporaliũ, ratio eſt: quia vbi maius periculũ imminet, ibi cautius eſt agendũ. vt ff. de Carb. edict. l. j. §. ſed & ſi quis. Sed in præſcriptione rerum corporaliũ maius periculum & præiudicium paratur: quia rei dominiũ aufertur: ſed in præſcriptione ſeruitutis nõ aufertur dominium rei: ſed ſubiicit res ſpeciei alicuius ſeruitutis debitæ præſcribẽti.
32 ¶ † Nunquid autẽ ſit opus ſaltem allegare titulũ, & lon-
B gæuam quaſi poſſeſsionẽ probare? videtur q ſic.[b] vt ff.

Tu dic vt præſcriptio tanti temporis cuius non ſit memoria, in cõtrarium probetur, debet certus actus articulari: vt ponit multùm notabiliter Specul. in titu. de probatio. §. j. verſi. vlt. quæritur. & ſequen. & verſi. quid teſtes. & ver. & not. & Flor. in l. ſeruitutes. col. xviij. ff. de ſeruit.

A Adde Abb. in c. de quarta. colũ. vlti. & ibi Felyn. col. xv. & pen. de præſcrip. multum amplè. & an requiratur ſciẽtia aduerſarij, vide ibi & per Inn. in c. bonæ. el ij. de poſtulat. prælat. & in c. cõquærẽte. de offic. ordi. & Bal. in l. fi. C. de præſcri. long. tempo. & in l. ij. col. j. C. de ſeruit. & aqua. & vide pulchrè Bal. inſtit. de ſerui. §. j. col. ij. verſi. ſed in dubiũ reuoco. & Pet. de Anchar. in reg. ſequẽ. col. xiij. verſi. ix. opp. & Pau. de Caſt. conſi. xxiij. in nouis. & c. Dyn. in d. l. j. in iij. quæſt. C. de ſerui. & aqua. & Bar. in l. ſeruitutis. ff. de ſeruitut. & Ang. Aret. in §. æquè ſi agat. col. vj. verſi. quomodo autem probetur. & ibi Io. Fab. & Iaſ. Mayn. inſtit. de act. & Floren. de ſanct. Petro in d. l. ſeruitutes. vbi ponit ſeptem ſpecialia in præſcrip. iuris incorporalis. & vide quæ dixi in §. v. de præſcrip. libro Conſuet. ad iſtam & ſequen. quæſtionem.

B Adde q hanc opin. tenet Inno. in c. cum dilectus. in fi. de conſuet. & glo. Bar. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. glo. & Bar. in l. j. §. deniq; ff. de aqua pluu. arcen. & Ang. Aret. in §. æquè ſi agat. col. vij. ver. cautela eſt. inſtit. de actio. per l. cum de in rem verſo.

 de vſur.

& tenet. Floren. in d. l. ſeruitutes. & Ioan. de Imol. in d. l. j. §. fin. de aqua plu. arcend. Bal. Ang. & Imol. in d. l. qui aliena. §. j. ff. de acqui. hæred. licet Vltramontani tenent cum Dy. contrariũ & Ang. in repet. l. ſi certis annis. C. de pact. tamen alia eſt communis opin. à qua non eſt recedendũ. & tenet Alex. in d. l. ſi certis annis. colum. vlt. verſi. non omitto. & Barto. in diſputa. incip. mulier habens. colum. penul. verſi. circa tertium. & Bal. in §. j. colũ. pen. verſicu. vlterius quæritur. inſtitu. de ſeruit. & Barto. in conſil. clxxxix. incip. primo quæritur. columna ij. qui allegat Dy. ita tenere. non tamen hic. ſed Alexan. in d. l. ſi certis annis. allegat Dy. in §. æquè ſi agat. inſti de action. & ſic Dynus eſt ſibi contrarius: vt patet. vide Alexan. in conſil. cviij. in fin. lib. ij. & Salyc. in l. ſi certis annis. & Felyn. in c. cauſam. colũ. iij. verſi. nihilominus. in cap. de quarta. col. xv. verſic. ij. fallit. de reſcrip. Inn. & Abb. in c. ſi diligenti. eo. tit. Butr. & Abb. in c. peruenit. de cenſi. Bal. in l. cũ de in rem verſo. in antiqua lect. ff. de vſur. & Iaſ. in §. præiudiciales. col. xv. verſi. & primo. inſti. de actio.

de vſur. l. cum de in rem verſo. ſed dicendum eſt, ꝙ non de iure ciuili vt dictum eſt. l. ſi quis diuturno. & de aqua pluu. arcen. l. j. §. ſi. & ad l. cum de in rem verſo. reſpondẽdum erit, ꝙ ibi agebatur de perſona aſtringenda ſeu obliganda ad aliquã præſtationem. Propterea eſt neceſſaria ſaltem tituli allegatio: cũ ad obligationem perſonalem inducendam neceſſaria eſt cauſa vera vel præſumpta: vt ff. de doli excep. l. ij. §. circa. & de proba. l. cum de indebito. §. fin. ratione prædicta, ſcilicet quia vbi maius periculum &c.

33 † Item nũquid in præſcribendo vſumfructũ requiritur titulus? videtur ꝙ non, quia illud ius ſeruatur in præſcribendo vſumfructũ quod ſeruatur in aliis præſcribendis ſeruitutibus. vt C. de præſcri. longi temp. l. ſi. in ſi. econtrà videtur (& eſt verũ de iure ciuili) ꝙ titulus requiratur: quia vſusfructus eſt dominij pars: vt ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. ſi vero. ff. de vſufr. l. iiij.

34 † vnde qua ratione in præſcriptione dominij requiritur titulus, vt d. l. nullo. & l. Celſus eadẽ ratione, & in præſcriptione vſusfr. & ad l. ſi. de long. temp. præſcri. dicentem idem ſeruandum eſſe in vſufr. quod in cæteris ſeruitutibus: verũ eſt quantùm ad tẽporis limitationẽ, hoc eſt vt eodẽ tempore præſcribatur quo & cæteræ ſeruitutes, non quantũ ad alia, vt hîc, & hoc de iure ciuili: ſed ſecus de iure canonico:

35 A † cũ vſusfructus [a] poſſideri poſsit de iure cõmuni. vt ff. de acquir. poſ. l. naturaliter. & l. poſſeſsio. & de vi & vi arma. l.

A Adde Abb. in c. de quarta. col. vj. de præſcri. & Barto. in l. iuſto errore non mutat. ff. de vſucap. & glo. & Cy. in l. corruptionem. & ibi Bal. C. de vſufruct. & pulchrè Bal. in repet. l. fin. col. xix. cum ſeq. C. de præſcrip. long. temp. & Bald. ibi in lectura. col. vlt. & Bald. inſtit. de ſeruitut. §. j. col. vltim. Ioan. Fab. & Ange. Are. col. vij. poſt prin. & ibi Iaſ. inſtit. de act. §. æquè ſi agat. & ibi vide quid de iuribus perſonalibus & ſpiritualibus & ſpiritualitati annexis: vt eſt ius patronatus: vt c. quanto. de iudic. & per Bal. in l. ij. verſicu. quæro quarto ſi volo præſcribere. C. de ſeruit. quia præſcribuntur ſpatio xl. annorum. facit quod not. in c. conſultationibus. de iure patro. & Rochum de Curte in tract. de iure patro.

Adde quòd vſufructuarius poſsideat, ſcilicet naturaliter vt not. Alex. poſt Bart. & Docto. in alleg. l. naturaliter. Bar. in l. ſi fur. in j. not. ff. de vſur. & in l. j. in ſi. princ. verſi. quæro extra glo. & ibi poſui in addi. ad ipſum. ff. de acquirẽ. poſſeſ. & in l. ſi quis. cum glo. in verſi. tradatur. C. de dona. vbi dicitur, ꝙ per retentionem vſusfructus, poſſeſsio ciuilis in donatarium transfertur: ergo naturalis remanet donatio, & ſic vſufructuario. & Alex. omnino in l. ij. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſd. cogant.



iij. §. vtifrui. præſcribi poterit etiã ſine tit. dũ tñ bona fides accedat: vt in præall. c. j. de præſ. lib. vj. vel tranſcurſus

36 tẽporis à quo memoria nõ extet. † Itẽ quærendũ eſt vtrũ bona fides requiratur, etiã tempore contractus, & tẽpore

A traditionis, & tempore cõtinuatæ poſſeſsionis [a]. Et dicendum eſt de iure ciuili ꝙ in tit. emptionis & vendit. requiritur bona fides, vel probabilis error facti, qui bonę fidei præſumptionẽ inducat tẽpore cõtractus & tẽpore traditionis. in cæteris verò requiritur tẽpore traditionis tantũ: vt ff. de vſucap. l. ſi is qui pro emptore. §. ſi. & pro ſolu. l. ſi

37 exiſtimãs. & pro empto. l. ij. in prin. † Sed de iure canonico nõ requirit̃ bona fides tẽpore cõtractus in his quæ de iure cõmuni poſſunt poſsideri cũ ſine titulo pręſcribant̃ vt dictũ eſt: ſed tẽpore traditionis & cõtinuatæ poſſeſsionis, vſq; in finẽ cõpletæ præſcriptionis. vt patet per verba regulæ: in his verò quæ nõ poſſunt de iure cõi poſsideri, in quibus præſcribẽdis requiritur titulus, dicẽdũ foret ꝙ bona fides nõ requiratur tẽpore cõtractus & tẽpore traditionis & cõtinuatæ poſſeſsionis in tit. emptionis: in cæteris verò requiritur tẽpore cõtractus, & tẽpore traditionis, & cõtinuatæ poſſeſsionis. niſi poſt tẽpus cõtractus mala fide celebrati error facti ꝓbabilis interueniat, qui ma-

38 læ fidei præcedẽtis ſuſpicionẽ remoueat. † Itẽ quærendũ

B eſt ſi poſſeſſor errauit in facto. [b] vtrũ dicat̃ malę fidei vel bonæ fidei poſſeſſor? & dicẽdũ eſt ꝙ error facti ꝓbabilis ꝓdeſt: q̃a bonæ fidei apertã præſumptionẽ inducit: vt ff. de vſuc. l. iuſto errore. §. filius. & l. nõ ſolũ. §. qđ vulgò. &

39 pro emp. l. quod vulgò. ¶ † Itẽ quæri põt, ſi errans in iure dicat̃ bonæ fidei vel malæ fidei poſſeſſor? Et dicendũ eſt ꝙ licet quãtum ad fructus perceptos, dicatur bonæ fidei,

A Adde an omni tẽpore contractus traditionis & poſſeſſionis continuata ſit neceſſaria bona fides. Barto. in l. ij. ff. pro empto. & Ang. Aret. inſtitu. de rerum diuiſio. §. ſi quis à non domino. in j. gloſſ. & in §. actionum. colũ. ij. prope finem. de action.

B Adde ad iſtã & ſeq. q. Abb. in c. ſi diligenti. colum. v. & in ca. de quarta. col. ij. & pulchrè ibi Felyn. colũ. vij. verſi. quando, in præſcriptione. de præſcript. & Chriſtop. Por. inſtit. de vſucap. in gloſſ. error. & Ang. Aret. in §. nouiſsimè. col. ij. eo. tit. Cyn. & Bal. in l. venditioni. C. pro empto. & Bald. in l. nulle. C. de rei vend. & Lud. de Rom. in ſuis ſing. fo. 3. incip. vlt. & Alen. cõſi. lxxiij. col. pen. ver. vnde dictus. lib. ij. & in conſi. xlvj. pen. col. ver. & no. lib. iij. vbi dicit, ꝙ error iuris nõ cauſat bonã fidẽ quo ad præſcriptionem etiã longi temporis: vt probat gloſſ. iuncto tex. in c. apoſtolicę. de donat. vt tenet Dy. hic in ſeque. & clarius per Pau. de Ca. in l. Celſus. ij. col. ff. de vſuc. & And. Barb. in c. paſtoralis. de don. & Abb. in c. ij. de his quæ ſi. à prælat. Vide Doct. in proxima poſtil. alle. & Abb. Sicul. in cõſi. xix. vol.

ij.de errore iuris.Io.de Imol.in conſi.xcviij.iuxta fin.

A Plene not.Sed glo.Barto.& omnes docto.ibi & vbiq; in hoc errant.quia veritas eſt,quòd in d.l.ſi vir vxori.donatarius etiamſi non erret in iure,ſed ſciat, donationem non valere:tamen ſtatim vſucapit vel præſcribit.vt eſt text.in l.ſed etſi conſtante.de donat.inter vir.& vxo.quæ ita debet intelligi, vt dixi in nouis intellec.& ratio eſt,

in hoc ſcilicet vt ad reſtitutionem eorum non teneatur: vt ff.de petitio. hæredita.l.ſed & ſi lege.§.ſcire. tamen quantum ad præſcriptionem, pro malæ fidei poſſeſſore habetur.vt ff.de vſucap.l.ſi fur.§.j.iuris enim ignorantia in vſuc.non toleratur:vt ff.de vſucap.l.nunquam.in princip.& de iuris & facti ignor.l.iuris ignorantia.

¶† Item quærendum eſt ſi errauit in iure & in facto ſimul: vtrũ dicatur bonæ fidei vel malæ fidei poſſeſſor? & videtur primò ꝙ bonæ fidei, quaſi magis attendi debeat quod proficiat,quàm quod noceat.arg.ff.de iure fiſci.l.non intelligitur.§.ſi quis palàm.Econtrà videtur quòd malæ fidei,quaſi magis conſyderetur illa de pluribus cauſis ſimul concurrentibus, quæ nocet:quàm quæ prodeſt.arg. ff.ex quibus cauſ.in poſſeſ.ea.l. Fulcinius.§.quid ergo ſi duas.& ad Syllan.l.ſi quis in graui.§.vlt.& l.qui poſthumus. Sed dici poteſt quod bonæ fidei reputetur, & quod præſcribere poſsit:vt probatur.ff.pro donat.l.ſi vir vxori.& ibi plenè not.[a] † Ratio autem eſt, quia error facti A cum errore iuris concurrens,inducit bonæ fidei præſum 40

41 ptionem,& eius oppoſitum remouet.ſed in §.quid ergo ſi duas.& l.ſi quis in graui.§.vlt.& l.qui poſthumus.conſtabat de mala fide:& ideo per aliam cauſam concurrentem, quæ eſt de bona fide,nõ amouetur veritas malæ fidei de qua conſtat:cũ in incertis, non certis locus ſit coniecturis:vt ff.de verbo.oblig.l.continuus.§.cum ita.aliàs, ſi de mala fide non conſtaret, præſumptionẽ induceret.

¶† Item quæri poſſet ſi defunctus habuit malam fidem, 42 & hæres bonam, vtrum bona fides hæredis prodeſſe debeat?Et econtrà ſi defunctus bonam fidem & hæres malam, an mala hæredis nocere debeat?& cum mala fides defuncti noceat hæredi, quia propter fictionem identitatis perſonæ, exiſtimatur ſucceſſor vitiorũ & culpæ defuncti: vt ff.de diuer.& temp.præſcript.l.cũ hæres.& de publi.l.ſi ego.§.partus.videtur ꝙ bona prodeſſe debeat etiam accedens malæ, cùm contrariorum eadem ſit diſciplina.& videtur probari.ff.de publicia.l.eum qui.§.in hac actione.& pro empto.l.ij.§.ſi defunctus.ſed verba

regulæ

quia donatari⁹ non præſcribit ſibi, niſi in caſu cõfirmandæ donationis, puta morte donatarij.l. cùm hic ſtat.in princ.de do. inter vir.& vxo.aliàs vſucapit donatori,vt ſimile in l. ſi alienã.l.qui alienam. de donat. cau.mor.C.M.

Adde an errans in iure & in facto ſimul dicatur bonæ fidei poſſeſſor. Bart.in l.ſi vir. ff.pro donat.& Bal.in l.vendicationi. C. pro emp.& in l.nullo.C.de rei vendi. & Felyn. in d.cap.de quarta. colum. xiij. verſi.limit.v. & vlti.& ad iſtam quæſtionem, & præcedentes vide Ludoui.Bolog.in l.cũ vir. de vſucap.in ſecũdis interpre. & in c.cũ dilectus.de cõſue.in primis interpre.& Abb. Sicul.in cõſi.iij.q. xix,vol.ij.



A Soluunt. Sed loquuntur tantùm de tempore malæfidei, quia qualitas iuncta verbo(& idem de nomine verbali)intelligitur,ſecũdum tempus verbi.l.in delictis. §.j.ff.de noxal.actio.& ſic ſolutio eſt,quòd hæres bonæ fidei non impeditur iure canonico præſcribere, prout aliàs de iure ciuili. & ſic tam iure ciuili diſponente, quàm canonico non impediente, imò tacitè cõcedente.argum.c.ij.de ope.no.nunt.

A regulæ huius quæſtionem ſoluunt: [a] quia † quocunque 43 tempore mala fides interueniat ante præſcriptionem completam: impedit præſcriptionem compleri. & propterea ſiue defunctus,ſiue hæres habeat malam fidẽ, ſequitur quòd impediatur præſcriptio. Poſſet tamen aliquis dicere de æquitate canonica, quòd ſi defunctus habuit malam fidẽ & hæres bonã,& vellet hæres à ſe præ-B ſcriptionẽ inchoare, [b] quòd poſſet præſcribere, cum in præſcriptionibus rerũ quæ poſsideri poſſunt iure cõmuni,titulus nõ requiratur: vt in d.c.j.ſ.de præſcrip.li.vj.ſicut dicit̃ de ſucceſſore ſingulari volẽte à ſe præſcriptionem inchoare:vt ff.de acq.poſ.l. Pomponius.§.cũ quis. Sed rigor iuris ciuilis qui per malã fidẽ defuncti,malæfi-

hęres lõgiſsimo tempore ꝑſcribit. & eſt veritas:quicquid Dynus hic dicat.Et ita contra Dynum Alex. cõſ. lj.num. 7.libr.v. ibi in annotat. dixi.Philip.Cornel.cõſ.ccxcvj.litera o.li.iij.Philip. Decius cõſi. ccciij.nu. 6. vbi in annota. dixi. C.M.

B Adde, quòd contra Dyn.hic tenet Abb.in cap.ſi diligenti.de præſcript. quòd imò mala fides defuncti impediat præſcriptionem hæredis volentis eam de nouo inchoare. & tenet do.Ab.in c.nihil. col.iij.eod.tit.Butrig.in d.c.ſi diligenti.Imol.in c.fin.col.ij.eod.tit.dicens, quòd iura allegata per Dy.hic loquuntur in ſucceſſore qui non cauſat ius à defuncto,vt prælatus:& tenet idem Bar.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.poſſ. & Bald.in authen.ad hæc.verſic.ſed quid dicemus.de hæredi.C.de vſuris.colũ.iiij. Lud.de Rom. in conſil.clxix.col.ij.& in conſi.ccj.col.ij.& Abb.conſi.xix.ij.vol.& in conſi.ij.incip. nitar in præſenti.columna xxiij.q.xiiij.eod.volu.vbi dicit dictum Dyn. procedere in terris eccleſiæ, non autem in terris imperij, vbi debet ſeruari ius ciuile, ex quo poteſt ſeruari ſine peccato:& contra Dyn.tenet Alex.in conſ.lxxxiiij.libr.j. & in d. l.Põponius.§.cum quis.col.xij.& in cõſ.iiij.col.pen.iij.vol.& in conſ.xxxviij.eo.vol. & in cõſ.ccxxxj.col.iij.eod.lib.ſed opi.Dyn.tenet Bart.in l.cum hæres.ff.de diuer.& tẽp.præſcrip.& in l.vitia.C.de acq.poſ.Imol.in c.illud.col.ij.de præſcrip.Ang.Aret. inſtit.de vſucap.§.ſed tamen id.dicit,ꝙ licet poſsit hæres inchoare ex perſona ſua: tamen tenetur exonerare animã defuncti.& idem Alex.in conſ.l.ij.vol.col.iij.verſ. quinimo.& opi.Dy.ſequitur Bald.in l.eum qui.§.in hac actione.ff.de public.& in l. nihil.C.de vſucap.pro hærede.de quo latè Maria.de Senis in rub.de cauſa poſ.& ꝓprie.in iij.tract.art.iiij.verſ.vj. competit publiciana.vbi probat ꝙ etiam in terris imperij ſi hæres non vult vti adminiculo defuncti, præſcribit cum bona fide: non obſtante ꝙ probetur mala fides defuncti.ſed Ang.in l.ſi ego.§.partus.ff.de pub.act. dicit Dy.procedere in terris eccleſiæ, &c.plura etiã circa materiã acumulat Alex. in d.l.cum hæres.in additionib.ad Bart.& plenius in d.l.Põponius.§.cum quis.colũ. xij.ſed Felyn.in d.c.ſi diligenti.col.v.verſ.contra opi.famoſam Dy.dicens,ꝙ pauci ſunt qui recedãt à prima opin.quia cõmunior eſt.cõtra Dy.ſed ſecundũ eum opin. poteſt habere locũ in duobus caſibus,quos vide ibi per eum.& Alex.vbi ſ. &adde ad ſupradita Paul.de Caſt.cõſ.cclix.in nouis,& Alex.cõſ.lxiij.in iiij. vol.& in conſ.cx.

 dei præ

dei præſumptionē in hæredē trāſfundit: vt d.l.cum hæres.& in p̄allegato §.partus.hoc nō patitur.† Vndecimò & vltimò quæri pōt,an in præſcribēda libertate [a] cōtra ſeruitutē ſit neceſſarius titulus?& dicendū eſt quòd non: quia fauorabilius eſt ius pręſcribēdæ libertatis cōtra ſeruitutē,quàm contra libertatem præſcribendi ſeruitutē: vt ff.de vſucap.l.ſequitur.§.vlt.Cū igitur in pręſcribēda ſeruitute,nō ſit neceſſari⁹ titulus.vt d.l.ſi qs diuturno.& ſ.de præſcrip.c.j.multominus erit neceſſarius in p̄ſcribēda libertate cōtraria ſeruituti.Item hōc eſt quaſi expreſſum.ff.de ſeruit.vrb.præd.l.ſi ædes.in prin.& ibi nota. 44 A

## In reg. Sine poſſeſsione. Argumenta.

1 *Præſcriptio ſine poſſeßione non poteſt procedere.*
2 *Præſcriptio ad imobilia, vſucapio ad mobilia,p̄priè referūt.*
3 *Incorporalia poßideri dicuntur.*
4 *Interdictum vti poßidetis,non niſi poßidenti confertur.*
5 *Præſcriptio in corporalibus ſine vera poſſeßione, in incorporalibus autem ſine quaſi poſſeßione non inchoatur.*
6 *Tignum domui coniunctum non poßidetur.*
7 *Vſucapio ſine poſſeßione inchoari nequit.*

lib.j.col.iij.in fin.verſ.ij.Cy.&Imol.l.ſeq.§.hæres.ff.de vſucap.&Alex.cōſ.iij.col.vl. in prin.v.vol.& in conſi.xcix.col.j verſ.& ideo.lib.iiij.& Ang.in §.furtiuæ.inſtit. de vſuc.& in §.ſed iſte.col.xiiij.de actio.q ponit xij.limit.ad auth.malæ fidei.C.de pręſcrip.long.temp.& ibi vide Cyn.& Abb.& Felyn.in c.de quarta.col.vij. verſi.ſi magnum.vbi ponūt ꝙ mala fides defuncti non nocet ſucceſſori in beneficio,ſicut nocet hæredi vniuerſali:quia nō habet ius à defuncto ſicut hæres. idem tenet glo. in regula, cum quis.j.eo.cap.& Abb.in ca.cura. de iure patr. & ſequitur Imol. in dict. cap.fin. de præſcriptis. colū.iij.vt ſ.dixi in princi.vide Chriſtopho. Por. & ibi Iaſ. in additio. in §. res fiſci. inſtit. de vſuc.gloſſ.& Salice. in l.ij.C. de vſucap. pro hærede.&Bart. Bald.in l.ſi ego. §. partus. ff. de publi. & Ludo. Bolog. in l. tutor rerum.ff.de admini.tuto.in primis interpre.& deciſ. Parla. Delphinal. quæſt. ccccxvj.& Io.de Imol conſ.xliiij col.ij.verſ.circa ſecundum.

Tu adde, quòd origi.dictum Dyn.eſt verum, vt plerè notat Paul.de Caſtr. in l.iiij.§.hæres.ff.de vſucap. licet ipſe ſibi contrarius tenuerit oppoſitum in l.ſi quis ſub conditione.in fin.ff.de condit.inſtit.& in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſuc.& conſ. cxc.incip.hæreditas dictæ puellæ.quam etiam tenuit Rapha. Cuma.conſi.lxvij.incip.ſtatuto ciuitatis Vincentinæ.Sed contraria opinio eſt communior:vt dixit Domi.apoſtil.& Rom.conſil.xiij.incip.concluſionem prædictam Deciſ.vbi dicit opin. Dyn.hic eſt falſam. Idem not. Alex.conſ.iiij.incip.videretur,inſpectis his quæ in themate ſupraſcripto proponuntur.col.ſi.vol.ij.& Domi.meus do.Iaſ.in l.Pomponius.§.ſi quis adminiculo.ff.de acq.poſ.

A Adde Cyn.in l.j.iij.quæſt.C. de ſeruit.& Aqua.& Ange.Aret.in §.æquè ſi agat. colum.vlti.ver.dixi de ſeruitute.de act.inſtit.& Bal.in § i.colum.ij.verſ. ſed in dubium reuoco.inſtit.de ſeruit.vbi plenè diſtinguit inter libertatem ſeruitutis ruſticæ & vrbanæ.idem Bart.in l.ij.authen.iura.ff.de ſeruit.vrb.præd.& vide Bart.in l. ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſu.& de libertate præſcribenda contra eccleſiam, vide Innocen.Imol.Abb.& Salice.in cap.de quarta.colum.xiiij.verſ. vtrum in præſcribenda.de præſcript.





8 *Vſucapio interrumpitur, ſi vſucapiens poſſeßione priuetur.*
9 *Poſſeßionis defuncti continuatio in perſonam hæredis impeditur,ſi per alium apprehendatur.*
10 *Captus ab hoſtibus poßidere non pōt,igitur nec præſcribere.*
11 *Fictio poſtliminij quando ad poſſeßionem in facto conſiſtentem extendatur.*
12 *Ignorans quare poſſeßionem quærere nequeat.*
13 *Ignorans per procuratorem poteſt quærere poſſeßionem.*
14 *Poſſeßio quæ neceſſaria ſit ad præſcriptionem.*
15 *Poſſeßionis duæ differentes ſpecies reperiuntur naturalis ſcilicet & ciuilis.& nu.20.*
16 *Poßidere eandem rem eadem poſſeßionis ſpecie duo nequeūt.*
17 *Interdictum vti poßidetis quibus concedi ſoleat.*
18 *Poſſeßio naturalis an differat à poſſeßione pro ſuo.*
19 *Interdictū vnde vi proprietario cōceditur& vſufructuario.*
21 *Qualitates poßidēdi cōtrariæ nō cōcurrūt in eadē ſubſtātia.*
22 *Effectus idem producitur ab his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei.*
23 *Pupillus poſſeßionem naturalem ſine tutoris autoritate non poteſt alienare.*
24 *Poſſeßio naturalis an tantū accidentaliter differat à ciuili.*
25 *Poſſeßio quare pedum poſitio appelletur.*
26 *Clādeſtinitas p̄cedēs non remouet̄ p violētiā ſuperuenietē.*
27 *Ciuilis & naturalis non ponunt differentias ſubſtantiales inter poſſeßiones.*
28 *Diffinitionem eandē ſi qua habeant,eadē erūt in ſubſtātia.*
29 *Poſſeßio ciuilis & naturalis ad præſumptionem eſt neceſſaria.& nu.34.*
30 *Poſſeßio naturalis ſola ad præſcriptionem non ſufficit.*
31 *Præſcriptio non currit contra poßidentem.*
*Tempus non eſt poſſeßionis perdendæ modus.*
32 *Poßidens ciuiliter perdit ciuilem,ſi decem annos naturalem neglexerit.*
33 *Præſcriptio qua ratiōe nō inchoetur,abſente ciuilē retinēte.*

### REGVLA III.

## SINE *poſſeßione præſcriptio non procedit.*

¶EXEMPLVM iſtius regulę patet.Pone ꝙ emi aliquam rem mobilem vel immobilē à quodā nō domino bona fide:nō tamē poſſeſsionē adeptus fui: modò dubi-
1 tatꝰ an vſucapiā vel præſcribā? †Reſpōdetur ꝙ non, q̄a ſine poſſeſsione præſcriptio nō procedit.poſſeſsione ciuili & naturali ſimul vel ſaltē ciuili,non autem naturali tantū ſi alius ciuiliter poſsideret.vt infrà oſtēditur.& hic

præ

A Adde, an incorporalia quaſi poſsideātur, & pro ipſis cōpetat interdictū vti poſſidetis, ſicut pro rebus corporalibus. gl. Bar. & Flo. in l. ſeruitutes. & text. gl. & Doct. in l. quoties. in ij. ff. de ſerui. & Abb. Sic. in c. conqueſtus. de for. cōpet. & per Ange. Aret. inſti. de reb. corp. & pulchrè per Cyn. in princ. & Bal. col. ij. verſi. expeditus ſum. & ibi Alex. in addit. in l. ij. C. de ſerui. & aqua. per Inn. & Abb. in c. querelam. de ele. & Imol. in c. bonæ. in ij. de poſtu. prel. in c. in literis. de reſti. ſpol. & in c. peruenit. de cenſi. & in c. conſultationibus. de iure patro. & per Abb. in c. cū eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & propriet. Bald. poſt glo. in l. regulariter. ff. de petit. hæred. & quæ dixi in lib. conſuet. Bituri. §. xxiiij. in gloſ. j. ante fi. de conſuet. feudi. Ita nota Compo. in tit. de procur. §. j. ver. quid mihi. & in tit. de act. ſeu peti. §. ij. & in ti. de ꝓpriet. §. j. ver. aliæ ſūt. & in tit. de reſt. ſpol. §. ij. & iij. & in tit. de emp. & vēd. §. j. verſi. ſed vſusfructus. & an competat pro incorporalibus interdictū vti poſsi. vide Bart. & Alex. in l. j. & fi. vti poſ. & omnino Paul. de Caſt. conſ. v.

præſcriptio largè ponitur: vt tā vſucapionē triennij, quā
præſcriptionē x. vel xx. annorū xxx. vel xl. vel etiam ma
gis longæuā contineat. † Licet enim in vera & ꝓpria ſi- 2
gnificatiōe, præſcriptio ad immobilia, vſucapio verò ad
mobilia referatur: tamen legiſlatores promiſcuè vtun-
tur iſtis vocabulis, referēdo cōmuniter ad mobilia & im
mobilia. vt ff. de vſuca. quaſi ꝑ totū tit. & maximè in l. iij.
& ibi plenè not. Nō ꝓcedit: id eſt, nō inchoatur: licet ali
quādo inchoata mediāte poſſeſsione, cōtinuet etiā ſine
poſſeſsione: vt infrà dicetur. Sed opponitur, & videtur ꝙ
præſcriptio ſine poſſeſsione procedat. † Certū eſt enim 3
ꝙ incorporalia nō poſsidētur: vt ff. de acqui. poſſ. l. iij. in
prin. & de acq. rer. dom. l. ſeruus. §. incorporales. & de vſu
cap. l. ſequitur. §. ſi viā. & tamē præſcribūtur aliquando
ſpacio x. vel xx. ann. Aliquādo ſpatio tēporis cuiꝰ nō ex-
tat memoria. vt C. de ſeruit. & aqua. l. j. & ij. de præſc. lōg.
tēp. l. vlt. & ff. ſi ſer. ven. l. ſi qs diuturno. & de aqua plu.
arc. l. j. §. deniq; & l. ij. in prin. cū ſim. ſed dicꝙ in incorpo
ralibus eſt quædā quaſi poſſeſsio, [a] quæ illud operatur A
quod operat̄ vera poſſeſsio circa corporalia quod patet.
† Certum eſt ꝙ interdictum vti poſ. non datur alij quàm 4
poſsidēti. vt ff. vti poſ. l. j. §. interdictū. & tamen ſicut da-
tur interdictū pro tuēda vera poſſeſsione rei corporalis
immobilis: ita datur pro tuenda quaſi poſſeſsione rerū
incorporaliū, quæ de numero immobiliū reputantur. vt
ff. ſi ſeruitus vindice. l. ſicuti. §. Ariſto. & vti poſsidetis. l. fi-
nali. † ſicut ergo in corporalibus nō ꝓcedit præſcriptio 5
ſine vera poſſeſsiōe: ita in corporalibus non procedit ſi-
ne quaſi poſſeſsione: per quod oſtēditur hāc regulam in
omni genere poſſeſsionis verā eſſe. Itē opponitur & vi-
detur præſcriptionē ſine poſſeſsione procedere, conſtat
enim hæreditatem iacentem [b] non poſsideri. vt ff. ſi quis B
ex teſtamēto lib. eſſe iuſſ. fue. l. j. §. Scæuola. & tamē vſu-

B Adde, ꝙ aduerſus hæreditatem iacentem, præſcribi non poteſt. vt l. ea quæ. & quod no. ibi. gl. & Docto. C. de temp. in integ. reſtit. & l. ſi ſeruus hæreditatem. ff. de ſtipul. ſeruo. & not. Cyn. in l. licet. C. de iure delib. & Bald. in conſil. xiiij. in fin. lib. j. & Bal. in d. l. licet. in vlt. q. & Alex. poſt Bart. & Bald. in d. l. ea quæ. & Abb. Sicul. in c. de quarta. col. ij. & ibi Fel. col. vj. poſt princ. verſic. contra hæreditatem. de præſcript. vbi ponit regulam cum tribus fallent. & tenet Ang. in d. l. licet. & ibi Alex. ſed Specul. tit. de præſcrip. §. j. verſi. item not. tenet cum Dy. ꝗ præſcribitur hæreditas iacens. & Anto. in c. cum non liceat. eod. tit. & Pet. de Anch. hic. co. xl. verſic. vj. oppo. & Alexan. in conſil. cxxvj. columna prima. verſicul. non obſt.

capitur:



capitur: vt ff. de vſuca. l. cepta. & l. nunquam. §. vacuum. &
6 l. iuſto. §. nondum aditæ. † Item conſtat tignum coniun-
A ctum domui nō poſsideri: [a] vt ff. de vſuc. l. eum qui. & de
acqui. poſſ. l. qui vniuerſas. in prin. & tamen vſucapitur ſi
tempore iniunctionis pauci dies ſupererant ad vſucapio-
nem complendā, vt ff. de vſuca. l. rerū mixtura. § Labeo.
7 ¶ † Sed dicendum eſt, quòd ſine poſſeſsione [b] non poteſt
B inchoari. & ita loquitur regula. aliquando tamen inchoa
ta mediante poſſeſsione continuatur, & completur ſine
poſſeſsione, & ita loquuntur cōtraria. Sed cōtra hanc ſo
lutionem eſt valde. ff. de vſuca. l. naturaliter. vbi dicitur,
C quòd perdita poſſeſsione interrumpitur vſucapio [c] &
eius effectus. ergo non continuatur ſine poſſeſsione: ſed
dici poſſet quòd illud habet locum quando interuenit
interruptio naturalis, qua mediante poſſeſſor poſſeſsio-
ne priuatur, quod nihil videtur: quia in caſibus ſupradi-
ctis poſſeſſor poſſeſsione priuatur, ſcilicet quando iniun
git tignum domui. vt l. qui vniuerſas. & l. eum qui. item
quandoque moritur. quia mors omnia ſoluit: vt in auth.
de nupt. §. deinceps. propterea ſupradicta non videntur
8 procedere. † Sed dici poteſt quòd in d. l. naturaliter. pri-
uatur poſſeſſor poſſeſsione, actu & habitu: & ideo inter-
rumpitur vſucapio in prædictis autē caſibus, id eſt quan-
do iniungit, & quando moritur: priuatur actu tantum, &
non habitu: ſed certe imò ſi moritur, priuabitur actu &
habitu: quia mors omnia ſoluit. Sed dicas ꝙ in hæredem
qui eſt eadem perſona fictione iuris. vt ff. de vſucap. l. hæ
res. & in auth. de iureiu. à mori. præſt. eſt apta immedia-
9 tè continuari, ſi non fuerit apprehenſa per alium. † Nam
ſi per alium apprehenderetur, impediretur continuatio

A Non poſsideri. Sequeretur (ſi hoc eſſet verum) quòd in ſuo à ſe poſſeſſo de ſua materia ædificās perderet poſſeſsionem materiæ. quod eſt falſum et ridiculū. Sed dicēdum, ꝗ vt dominium, ita poſſeſsionē retinet, non tamen deinceps tāquā rei particularis per ſe, ſed tanquam partis integralis rei cui incorporatum eſt, quæ ſi eſt immobilis, iam quod incorporatum eſt poſsidetur, nō vt mobile, ſed vt immobile vel pars immobilis: vt etiam ſatis innuit text. d. l. eū qui, in fi. & dixi in nouis intellect. d. l. & l. qui vniuerſas. Car. Mol.

B Adde text. gloſſ. & docto. in l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucapio. & Bald. in conſilio xiiij. colum. iiij. verſicu. capio. iij. lib. j.

C Adde Bar. pulchrè in l. naturaliter. hic alleg. de interpret. præſcrip. gloſ. Abb. & Imo. in c. illud. de præſc. tex. & doct. in l. vt perfectius. C. de anna. excep. & gl. Bal. & Sal. poſt Cy. in l. cum notiſsimi. §. imò. C. de præſcr. xxx. ann. & per Spec. tit. de præſcrip. & tit. de exec. & ſing. Fel. in d. c. illud. per totum. & aliquid per Io. de Plat. in l.

poſſeſſ

militaribus.verſic.item litis.C.de decur.libr.x.& Deciſ.Parlamenti Gratianopolis Delphinal.quæſt.cccxvj.& quæ dixi in §.j.in gloſſ.j.quæſt.penult.de præſcrip.lib. Conſuetud.Biturigum.

poſſeſsionis defuncti in perſonam hæredis. vt ff. de ac-
quirend.poſſeſſ.l.Pomponius.§.quæſitum.& de vſucap.
l.poſſeſsio teſtatoris. Et ideo ſi non fuerit apprehenſa
per alium, & apta ſit immediatè continuari, pro conti-
nuata debet haberi.[a] arg.ff.de teſta.l.filiusfamilias.& in A
authen.vt exact.inſtan.dotis primæ.circa princip. Et eſt
ratio quare vſucapio continuatur, poſſeſſore defuncto,
vt in l.præalleg.patet.ex quib.cau.maio.l.cum miles.cir
ca princ.& pro hærede.l.ij.§.filium.† Item opponitur, 10
quia conſtat captum ab hoſtibus nihil poſsidere, cum ab
alio poſsideatur.ff.de acquir.poſſeſſ.l.cum hæredes.§.in
his.& tamen vſucapit.vt ff.de vſucap.l.iuſto.§.vltim. Sed
dicendum eſt, quòd non vſucapit per ſe: quia non poſsi-
det per ſe: tamen vſucapit per alium quem habebat in
poteſtate tempore quo captus fuit. vnde ſi redeat poſtli-
minio, videtur omni tempore poſſeſsionem continuaſſe
iuris poſtliminij fictione [b]. Et eiuſdem fictionis virtute B
vſucapionem continuaſſe, & dominium per vſucapio-
nem quæſiuiſſe: †ſed vbi poſsideret per ſe, & capitur ab 11
hoſtibus, perditur poſſeſsio: & licet poſtea poſtliminio
redeat, fictio poſtliminij non extenditur ad poſſeſsio-
nem quæ in facto conſiſtit: & conſequenter nec ad vſu-
capionem, quæ ſolet ex poſſeſsione procedere. ſupradi-
cta probantur apertè.ff.de captiuis & poſtlim.reuer.l.in
bello.§.factæ.& de vſucap.l.ſi is qui pro emptore. & ibi
plenè not.& arg.quib.ex cau.maio.l.ſciendum. & l.deni
que.& l.nec vtilem.¶†Item opponitur conſtat ignoran 12
tem poſſeſsionem non quærere, cum animus ſit de ſub-

A Adde quòd Bart.in l.cum hæredes.in princ.ff.de acquir.poſſ.dicit, ꝙ non poteſt dici continuata: niſi apprehendatur. ſed bene quantùm ad vſucapionem poſſeſsio defuncti dicitur eſſe cõtinuata, vt tenet hîc Dy. per l.cum miles.ff.ex quib.cau.maior.idem Alex.in d.l.cum hæredes.colum.ij.verſi.glo.ſuper verbo, nõ pertinet. vbi vide quando poſſeſsio in ſuo vel extraneo ſine apprehenſione transferatur.& vide Alexan.in conſilio xxxvij.col.iij.ver.ſaltem.libr.j.& in conſil.lxxxiij.lib.ij.& in cõſi.xliij.eod.vol.& an ſtatuta & conſuetudines trãsferẽtes poſſeſsionẽ defuncti ꝓximioribus hæredibus valeant, vt eſt cõſuetudo hic Biturig. vide per Alex.in d.l.cum hæredes. cauſa breuitatis. quia aliàs intendo plenius dicere in gloſſ. meis ſuper conſuetudinibus Bituricenſium iam inceptis.& per Bald.in rubr.de cauſa poſſeſſ.& propr.colum. ij prope finem.verſicu.quarto, ſtatuto Mediolani.

B Adde Bart.in l.cum hæres.§.in his.& ibi Lud.de Ro.& Alex.ff. de acquir.poſſ. vbi ponunt plures rationes quare quis poſtliminio circa recuperandam poſſeſsionem quam poſsidebat reuerſus per ſe non fingit, & ſecus per filium. vide Bart. in l.ſi is qui pro emptore.circa ſecundam partem.ff.de vſuca. & Chriſtoph.Porc. & Ang.Aret.in §.ſi ab hoſtibus.inſt.quib.mod.ius patriæ poteſt.ſol.& Barto.in l. nec vtilem.ff.quib.ex cau.maior.in integ.& Bald.in l.denique.eod.tit.

ſtantialib



A ſtantialibus quæ requiruntur in poſſeſsione quærenda.[a]
C.de acqui.poſſ.l.licet.& tamen præſcribit: vt ff.pro em
pto.l.ij.§.Celſus. Reſpondeo, & dico quod ignorans nun
quam quærit poſſeſsionem per ſe, & hoc ſimpliciter ve-
rum eſt: tamen bene poteſt ignorans quærere miniſte-
rio filij vel ſerui quos habet in poteſtate: & ignorans v-
13 ſucapere: vt in l.præalle. †Item per procuratorem quæ-
rere poteſt poſſeſsionem ignorans: ſed non vſucapere,
niſi poſtquam venit in notitiam domini. vt C.de acquir.
poſſeſſ.l.j.& ff.de acquiren.poſſeſſ.l.j. §.per procurato-
rem. per negotiorum verò geſtorem qui caret mandato
quæreret poſſeſsionem, & vſucaperet demum poſt rati-
habitionem. vt ff.de acquir.poſſeſſ.l.communis.§.procu
14 rator.& de neg.geſt.l.ſi ego.†Modò quærẽdum eſt quæ
poſſeſsio ſit neceſſaria ad præſcriptionem, vtrum ciuilis
tantùm, vel naturalis tantùm, vel vtraque ſimul? Ad cuius
declarationem primò eſt quærendũ: vtrum ſint duæ poſ
ſeſsiones ſpecie differentes, vel vna tantùm, quæ diuerſi-
15 ficetur per accidentia. Ioannes dicit †ꝙ duæ ſunt poſſeſ-
ſiones ſpecie differentes, vna ciuilis, & alia naturalis. Azo
vnam tãtùm: ſcilicet naturalis, quæ diuerſificatur per acci
dentia. Et gloſſatores iuris ciuilis in C. tenent opinio-
nem Azonis. in ff. verò, maximè in titulo, de acquirenda
poſſeſsione. tenent opinionem Ioannis. Pro quo argui
& oſtendi poteſt quòd ſit duplex poſſeſsio, dicitur enim
in l. quòd ſi poſsidens fundum naturaliter & ciuiliter
egrediatur de fundo, & peregrè vadat, quòd ſi, eo exi-
ſtente extra fundum, alius ingreditur fundum, ingre-
diens habet poſſeſsionem, & adhuc abſens poſsidet. vt ff.
de acquiren.poſſeſſ.l.clàm poſsidere.§.qui ad nundinas.
16 †Cùm igitur impoſsibile ſit duos eandem rem eadem
b ſpecie poſſeſsionis inſolidum poſsidere[b]. vt in eodem

A Adde quòd ſolus animus non ſufficit ſine corporis actu: vt l.licet.& ibi gloſſ. Cyn.Bartol.Bald.& Salice.hic per Dyn.alleg.& docto.alleg.ſ.in præcedenti fol.j.a poſt.alleg.incip.adde Barto.& an ignorans quærat poſſeſsionem niſi per filium vel ſeruum.vide per Bart.& Alex.in l.j.§.item quærimus.ff.de acquiren.poſſeſſ.& per procuratorem, tutorem, & curatorem, vide per Alex.in l.j.§.per procuratorem.ff.eod.titu. & glo.Cy. Bar. Bal.& Sal.in l.j.C.de acquirẽ. poſſeſſ. & Ang. Aret. in §.item nobis.& §.fina. inſt.eod.titu. & Bart.& Imo. in l.qui mihi donatum.ff.de dona. & de neg. geſt. l.ſi ego.vide doctor. ſ. in locis allegatis.

Adde inquãtum iſte dicit poſſ.poſſe quæri per procuratorẽ, dic ꝙ etiã tradi & recipi poteſt per eũ. vt not.Bart. & doct. in l.poſſeſſio. §.j.& ſi poſſeſsio. ff. de acquir. poſſ.& in alleg.§.per procuratorem. & in l.certè. §.j.in fi. ff.de precar. & in l.ſi rem.ff. de vſucap. Bal. in l. ſi is qui ꝓ emptore.in vij. q.prin.eod.titu. vbi dicit. verũ etiam in ficta, vt quia quis cõfitetur poſsidere procuratore meo, quod eſt contra Ang.in præalleg.§.procuratorem.vt ibi per Alex.& in l.ſi is qui.de vſucap.Bal.in c.j.§.ſed vtrum.in tit.per quos fiat inueſt.

b Adde an duo poſsint inſolidum eandem rem poſsidere.Bart.& Alex.in l.iij.§. è contrario.& gloſſ.& Bart.in l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commoda.& tit.

Alex.conſil.xcix.col.viij.vol.v.& intellige regulam,ꝙ duo inſolidum non poſſunt poſsidere:intellige in dominio irreuocabiliter acquiſito : ſecus ſi reuocabiliter.ſecundum Bal.& Ang.tex.in l.ſi pluribus.ff.de legat.j.quod eſt ſingulare.ſecundum eos.vide ibi Imol.verſicu.circa prædicta dubitetur.& vide Bartol.in l.ſi is qui.ff.de vſucap.& Alex.in d.§.ſi duobus.in addit.ad Bart.

A Adde quis dicatur ciuiliter poſsidere tantum, vel naturaliter tantum. gloſſ.& Bart.in l. j. §. deijcitur. ff.de vi & vi arma. & in l.naturaliter. in prin. & ibi Alex.ff.de acquirẽ.poſſ. & dicam j.eod.fo. in poſtil.ſequẽte.& an eis competat interdictum vnde vi. vide gloſſ. Bar. & Alexand.in l. clàm poſsidere. §.qui ad nundinas. ff.de acqui.poſſ.& in d.l.naturaliter. & Angel.Aret.in §.j. inſti.de vſucap. & Cyn.Bald. & Salicet. in l. licet.C.de acquirenda poſſeſſ. & per Ioã.Fab. in §. penult.inſtitut. per quas perſon.nob.acquirit. & Guido Papæ in ſuo tract.ſuper ſtatuto,ſi quis per literas. in gloſſ. poſſeſſ.

titu.l.iij.§.è contrario.& de precario.l.duo.manifeſtum
eſt,quod duæ ſunt poſſeſsionis ſpecies.Item poteſt argui
ex eodem §. qui dicit quòd ingreſſus fundum poſt priorem
reuerſum , non admiſſum poſsidet vi & clàm : ſed
violentia & clandeſtinitas duæ ſunt qualitates contrarię.
ergo cohærere non poſſunt eidem ſubiecto. ff. pro ſuo.
l.ancillam.& pro emptore.l.ij.§.vlt. ſi verò cohærent di
uerſis: ſequitur † quòd diuerſæ ſint ſubſtantiæ ſiue ſpe- 17
cies poſſeſsionis.Prætereà dicitur ff.de vi & vi arma. l.j.
§.deiicitur. quòd datur interdictum ei qui poſsidet natu
raliter tantùm. [a] Item ei qui poſsidet ciuiliter tantùm: A
quælibet enim illarum poſſeſsionum.vt ibi dicitur, ſuffi
cit ad interdictum vnde vi.Cùm igitur interdictum vnde
vi non detur niſi ratione poſſeſsionis. vt in l.j.§.interdi-
ctum autem hoc.ff.de vi & vi armata.manifeſtum eſt,ꝙ
quælibet illarum eſt verè vna ſpecies poſſeſsionis per ſe.
† Item ibidem dicitur , quòd naturalis poſſeſsio & pro 18
ſuo ad interdictum pertinet: cùm igitur copula cadat in-
ter diuerſa , manifeſtum eſt ꝙ ſpecie differant naturalis
poſſeſsio , & pro ſuo.quare cùm idem ſit pro ſuo poſsi-
dere & ciuiliter poſsidere, ſecundum omnes opiniones,
apparet vlterius quòd ciuilis & naturalis poſſeſsio ſunt
duæ poſſeſsiones ſpecie differentes. † Item interdictum 19
vnde vi datur proprietario & vſufructuario:vt ff.de vi &
vi arma.l.iij.§.vnde vi.vterque ergo poſsidet: quia aliter
interdictum non haberet:vt in eod.tit.l.j.§. deiicitur. in
fi.Cùm igitur non poſsint inſolidum eodem genere poſ
ſeſsionis poſsidere,& vſusfructuarius poſsideat naturali-
ter:vt l.naturaliter.& l.poſſeſsio.ff.de acqui.poſſeſſ. cer-
tum eſt quòd proprietarius eodem genere poſſeſsionis
non poſsidet quo vſufructuarius : vt eod. §.è contrario.
†quare cùm poſsideat ciuiliter , apparet ꝙ ciuilis & na- 20

Adde pro quæſito in principio huius apoſt.Iacob.Rebuffi in l.fin.num.2.& quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum in ver.de corporali poſſeſsione.C.de fundis patr. libro xi.pleniùs per Alex.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſ. & quotuplex ſit poſſeſſio,not.Bald.in authent.defuncto,in ij.q.C.ad Tertul.

turalis



a Adde Saly.in l.non ignorat.C.ad exhiben.& Alexan.pulchrè in conſi. cxxxij. col.iij.verſi.nec.volu.ij.

b Adde & dic quòd aut loquimur in perdenda poſſeſsione , & pupillus qui habet intellectum poteſt eam perdere eo modo quo perderet eam maior.& ſic ſine tutoris autoritate:vt l.poſſeſsionem,& ibi Bart.& Alex.ff.de acqui.poſſ.aut alienando, & tunc aut loquimur in re propria, & non poteſt alienando perdere ſine tutoris autoritate, vt l. pupillus. hic allega. per Cy.etiam quæcunque res ſit: vt inſtit.quibus alie.licet. §.nũc admonendi. & ibi ita dicit Angel.Aret.col.ij. aut eſt res alterna,& poteſt eam alienando perdere.iſte eſt caſus in l. ij. §. ſi à pupillo. & ibi ſingu. Bart. ff. de vſucapio. pro empt. vbi eum vide.& Alexan.in dicta l. poſſeſsionẽ. & Ludo.Bolog.in ſuis ſecũdis interpretat. in l. magis puto. §. ſi æs alienum. ff. de rebus eorum. & Cepolam in conſilio iiij.columna ij. verſicu.ſed pupillus licet , & Alexand. in lege tertia.§.adipiſcuntur. ff.de acquirẽda poſſeſsione.

turalis poſſeſsio ſunt duæ poſſeſsiones ſpecie differẽtes.
Item ſi ponã proprietarium, & vſufructuariũ eſſe extra
fundum & extra fundi conſpectũ haberent ambo eandẽ
poſſeſsionẽ ciuiliter. Sed ſi eſſent in fundo,ambo habe-
rent eãdem naturaliter: & ſic eadem qualitas poſſeſsio-
nis eſſet apud duos inſolidum,ꝙ etiam Azo negat poſſe
cõtingere.Neceſſe ergo habes ponere poſſeſsiones plu-
res, ſpecie differentes, quibus eædem vel diuerſæ inhæ-
21 reant qualitates. ¶ † Prætereà duæ poſsidendi qualitates
contrariæ , in eadem ſubſtantia poſſeſsionis concurrere
nõ poſſunt,vt oſtenſum eſt.Sed ciuiliter poſsidere,& na-
turaliter,ſunt qualitates cõtrariæ poſsidendi, ſecundum
ea quæ cõmuniter dici ſolent,vt de preca.l.ij.& vti poſ.
l.ſi.ſi duo.in prin.non ergo cõcurrunt in eandẽ ſubſtan-
tiam poſſeſsionis:ſi ergo non eſt eadẽ ſubſtantia natura-
lis & ciuilis,manifeſtũ eſt , ꝙ non ſunt eiuſdem ſpeciei,
quia eſſe idem ſpecie eſt eſſe idem ſubſtantia & natura.
22 † Prætereà quæcunq; ſunt eiuſdem ſpeciei , producunt
eundem effectũ:ergo ad deſtructionẽ conſequentis,quæ
non producũt eundem effectum,non ſunt eiuſdem ſpe-
ciei : quare cùm ciuilis & naturalis poſſeſsio eũdem ef-
fectum non producant,quia ex ciuili procedit vſucapio,
ex naturali nõ,vt ff.de acq.re.do.l.acquiritur.§.vlt.ma-
nifeſtum eſt, ꝙ ciuilis & naturalis poſſeſsio ſunt poſſeſ-
23 ſiones ſpecie differẽtes.† Prætereà dicitur in l.ſicut nul-
A la poſſeſsio [a] acquiritur ſine animo & corpore:ita nulla
amittitur,niſi in qua vtrũq; in contrariũ actum eſt: vt ff.
de acq.poſ.l.quemadmodũ.Cùm igitur hoc ſignũ nulla
pro diuerſis in natura videatur negare, ſequitur ꝙ om-
nes poſſeſsiones nõ ſunt eiuſdẽ naturæ: quare nec eiuſ-
dem ſpeciei. ¶ Prætereà dicitur in l.pupillus. ff.de acq.
re.do. ꝙ pupillus ſine tutoris autoritate nõ poteſt alie-
B nare etiam poſſeſsionem [b] quę eſt naturalis:innuit ergo
in hoc quod dicit etiã , ꝙ non eſt eiuſdem naturæ natu-
ralis & ciuilis:ergo nec eiuſdem ſpeciei. prætereà cõtra
24 Azo.eſt,† ꝙ ciuilis & naturalis non videtur ponere dif-
ferentias accidentales, ſicut etiã iuſta & iniuſta, vt patet.

ff.de acq.poſ.l.iij.§.econtrario. Nam ibi in ſecundo reſpon.ponitur vnũ poſſe poſſideri ciuiliter, & alium naturaliter.& tertio reſpon.dicitur non poſſe vnũ poſſidere iuſtè,& aliũ iniuſtè. per quod apparet quòd ciuilis & iuſta:item naturalis & iniuſta,nõ ſolùm non ſunt idem, imò nec æquipollent, ergo nec ponunt differentias accidentales ſicut iuſta & iniuſta: ſi non accidentales,ergo ſubſtantiales. ex quo ſequitur ꝙ ſi diuerſificãtur in ſubſtantia,diuerſificãtur in ſpecie,cùm eſſe idem in ſpecie, ſit eſſe idem ſubſtantia & natura:vt ſuprà dictũ eſt. Præterea contra Azo.eſt ff.de acqui.poſ.l.iij.§.Nerua filius. vbi dicitur me poſſidere rem mobilẽ eatenus quatenus poſſem nanciſci naturalem poſſeſſionẽ ſi poſſideo,& nihilominus poſtea nanciſcor naturalẽ: ergo patet primo me habuiſſe aliam diſtinctam à naturali: ex quo ſequitur manifeſtè quòd duæ ſunt, quarum nulla eſt altera.

¶ Pro opin. autem Azo.ſcilicet quòd vna ſit tãtum, quæ diuerſificetur per accidẽtia arguitur ſic.primò,quia rub. dicit de acq.poſ.in ſi. Item in C.de acqui.& reti. innuit ergo quòd vna eſt vera poſſeſſio, & per conſequens vna ſpecies, ſicut Azo dicebat, aliter enim non ſingulariter, ſed pluraliter loqueretur. & confirmatur iſta ratio per text. de acq.poſ.l.j. vbi dicit † ꝙ poſſeſſio appellata eſt 25
quaſi pedũ poſitio. a & ſingularis locutio vno ſolo ſuppoſito cõtenta eſt.ergo &c. Præterà pro Azo. dicitur in l.ꝙ ſi aliquis exeat de fundo animo deſinẽdi poſſidere, perdit omnem poſſeſſionẽ, ergo videtur ꝙ vna ſit ſubſtantia poſſeſſionis cui diuerſæ inhæreãt qualitates.ſicut Azo dicebat,vt de acq.poſ.l.iij.§.in amittẽda.& l.ſi quis. §. differentia. Præterea aut vna eſt ſpecies poſſeſſionis tantũ,aut plures.ſi vna, Azo habet propoſitum:ſi plures, tunc vnus poteſt habere vnã,alius aliam:& ſic contingit ꝙ eadem res ſit à diuerſis ſimul & ſemel inſolidum poſſeſſa,ꝙ eſt contra.l.iij.§.ex cõtrario.de acq.poſ.Item ſequeretur,ꝙ ex qualibet ſpecie procederet vſuc.& ſic ſequeretur duos inſolidum vſucapere,& duos inſolidũ dominium quærere:ꝙ eſt contra.l.ſi vt certo.§.duobus.ff. cõmoda. ¶ Præterea pro Azo.eſt §.qui ad nũdinas.in ſi. ſi bene inſpiciatur.† Nam ſecũdum verba,tex.per violentiam ſuperuenientem remouetur clandeſtinitas,ſcilicet præcedens,quæ eſt contraria qualitas.& illud cõtingit,ideo quia duæ contrariæ qualitates non compatiuntur ſe circa eandem poſſeſſionẽ:vt dictum eſt.ſi enim eſſent poſ- 26
ſeſsiones

A Adde quid eſt poſſeſsio:vnde dicitur glo. Bar.& Alexan. col.ij. in l.j. ff. de acquir. poſſ. vbi multum diſputãt de diffinitione poſſeſſionis.vbi tenetur cõmuniter contra Bart. & quot modis accipitur verbum poſſeſsio, vide Alex.conſi.xcv. col.ij.volu.v.& Paul.de Leaza. ſuper rubric.de cauſa poſſeſ. & propriet. & ibi Bal.col.j. & gl. Cal. & Lud.Bolog.in ſecundis interpret. in l. regulariter. ff. de petit. hære. vbi dicunt quadrupliciter reſpectu diuerſarum rerum accipi.& Io. Berber.in viatorio vtriuſq; iuris, tit. de poteſtatit. id eſt, regiarũ. in princip.ſatis amplè. & Guil. Pape in ſuo tractã. ſuper ſtatuto,ſi quis per literas, &c. in verſi.poſſ.



A Adde quod Bart.in l.j col.iij.ff.de acq.poſ.dicit,quòd iura alleg. per Dyn.hic non probant ſuam opin.ꝙ ſint duæ poſ.& dicit Bar.Dy.hic ponere quadam verba,guarda me:ſed quid importent iſta verba neſcit ſed Alexan. ibi col.cxij.tenet opin.Io. & Dy.

ſeſsiones diuerſæ prima qualitas,id eſt,clandeſtina circa vnam,ſcilicet naturalem : ſecunda,id eſt, violentia circa aliam,ſcilicet ciuilem deprehenderetur,& per hoc paterentur ſe ſimul,nec vna per aliam tolleretur:ſed intelligendo textũ ſicut in prin.glo.intelligit,non procedit argumentum & propterea pro Azo.eſt,quia iuſta vel iniuſta, ſunt differentiæ accidentales poſſeſsionis ſecundum omnes,non ſubſtantiales: ſed iuſta dicitur ciuilis,iniuſta dicitur naturalis.ff.vti poſſid.l.ſi duo.in prin.ergò & vl-
27 timo ſequitur † quòd ciuilis & naturalis non ponũt differentias ſubſtantiales : ſed accidentales ſolummodo : & ſic non ſunt ſpecies differentes. Præterea pro Azo. eſt, quia nulla poſſeſsio ſine animo perditur:vt ff.de acqui. poſſeſ.l.quemadmodum. de regulis iuris.l.ferè quibuſcunque. Sed conſtat vnam ſolam poſſeſsionem ab abſente retineri,ſecundum omnes:ſi vna ſola poſſeſsio retinetur & nulla perditur , quia in nulla eſt animus perdendi : neceſſariò ſequitur vnam ſolam eſſe, Præterea
28 pro Azo.eſt: quia † quæcunque habent eandem diffinitionem, ſunt eadem in ſubſtantia:ſed naturalis,& ciuilis eandem habent diffinitionem etiam ſecundum Ioan. vt not.de acquiren.poſſeſ.l.j.in prin.ergò ciuilis & naturalis ſunt eædem in ſubſtantia : ergo & ſpecie:ſed ad iſtud dici poteſt quòd deſcribuntur ſimul reſpectu cuiuſdam tertij in quo conueniunt;& ideo non ſequitur quòd ſint idem in ſubſtantia;ſicut nec ſequitur, homo eſt animal, aſinus eſt animal;ergo homo & aſinus ſunt idem in ſub-
A ſtantia. Solutio , tutius & probabilius eſt tenere opin. a Ioan.quia text. ponit ciuilem & naturalem poſſeſsiones vt duas ſpecies coæquales.ff.pro hærede.lege,iij.§.quod vulgò. & confirmatur in dicta l.iij.§. Nerua filius.ff.de acquiren.poſſeſ.& ad argumenta contraria facilè eſt re-
29 ſpondere ſi quis diligenter inſpiceret.† Dico igitur reaſſumendo quæſt.præmiſſam, quòd ad præſcriptionem
B eſt neceſſaria ciuilis b , & naturalis poſſeſsio: vel ſaltim ciuilis ſola ſine naturali. Nam quòd ſufficiat ciuilis ſola probatur, quia l.cauetur quòd abſens quem conſtat ſolam ciuilem poſſeſsionẽ animo retinere, poſſidet quantum ad

quòd ſunt duæ poſſeſsiones differentes: & hoc probat per plures rationes,vt ibi vide. & iſtã dicit cõmunem opinio. eſſe ſed Bar.ibi dicit,ꝙ triplex eſt poſſeſsio. cum quo tranſit ibi Lud. Rom.& Ang.in l. ſi quis vi. §. differentia iure pet. illius. ff. de acquir.poſſ.ſed cõtraria opin. ꝙ non ſit dare tertiã ſpeciem poſſeſsionis,tenet Ang. Imol. & Pau.de Caſt. in d. l.& Bal.in l. j. vij. colum. C.vti poſſ. Bal. Ang. & Saly.in l.licet. C.de acqui.poſſ.& Bal. in rub.de cauſa poſ.& proprie. in col.j. & ij.& ibi Pau.de Lea.

B Adde an ciuilis poſſeſsio ſine naturali ſufficiat ad præſcribẽdum, vel econtrà naturalis ſine ciuili.gl. Abb. & Docto. in c.cauſam. de præſcri. & pulchrè Bart. in l. iij. §. econtra-

rio.& ibi Alexan.ff.de acquiren.poſſeſ. & Felyn. in c.cauſam. de præſcri. col.pen. verſic.quamuis vbi dicit, quòd in vno caſu ſufficit naturalis: videlicet in præſcribente vſumfructum nam vſufructuarius poſsidet naturaliter: vt l.naturaliter.ff. de acquir.poſſ.vt ſuprà dictum eſt, per Dyn.& in addit.fol.24.& de materia vide Archid.in §.j.xiij.quæſtio.j.& Petr.de Ancha. in c.j.col.vj.de præſcri.ſ.eodem. lib.& Bald.in l. ſi vt certo. §. ſi duobus.ff.commoda.& in l.in traditionibus. col.iiij.C.de pactis.& in l.cum res.C.de probatio. & Ioã.Fab. in §.pen. inſtit. per quas perſonas nob.acqui. & appell.poſſ. ſimpliciter intelligat de iure ciuili vel naturali. vide Alex. conſilio xxviij. col.j.verſicu.& tali. volu. ij. & Bart.& Docto. in lege, naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſsio. in v.lect. & Bal. in l.j.C. commu.de vſucapio.& Felyn. in cap.cauſam, col.vj.verſi.adde etiã.de præſcri. & in c.iij. poſt princip.de probatio. Adde Bal.in l.penult. col.ij.verſi.hæc ratio eſt falſa. C. de conditio. inſert.& omnino l.mater.paulò poſt prin. & in authen.defuncto. col.ij. quæſtio eſt. C.de conditio.inſert.

tum ad hoc vt vſucapio continuetur: vt ff.de furt.l.ſerui & filij.§.vltimo. & de diuer. & temp.præſcri.l.in acceſſione.& de acquiren.poſſ.l.j.§. per ſeruum qui in fuga.

† Item quòd naturalis non ſufficiat ad præſcriptionem, 30
probatur primò per text. ff. de acqui.rer.domi.l.acquiritur.§.vltimo.& ad exhiben.l.Celſus.§.Iulianus. de acquiren.poſſ.l.j.§.penult.item probatur per argu.neceſſarium, cui non poteſt commodè reſponderi. ſi enim is qui ciuiliter tantùm poſsidet, & vſucapit, quod eſt verum: vt d.§.per ſeruum qui in fuga.& d.l.ſerui,& filij.§. vltimo.abeſſet,& præſcriptionem continuaret: ſequeretur quòd ſi ex naturali poſſeſsione ſola procederet præſcriptio, quòd ſi eodem tempore alius naturaliter poſsideret & bona fide, quòd duo quærerent inſolidum dominium eiuſdem rei eodem tempore, quod non eſt de iure poſsibile: vt ff.commoda.l.ſi vt certo. §.ſi duobus vehiculum.de caſtren. pecu.l.hæreditate. §.pater. & de regu.iur.l.quod contra. §. vni duo.

¶ † Sed poteſt inſtari quòd ſecundum hoc nunquã præ- 31
ſcriptio contra abſentem [a] procederet, quia contra poſ- A
ſidentem præſcriptio non incurrit.C.de præſcri.xxx.an. l.ij.Idem tempus non eſt modus perdendæ poſſeſsionis: vt ff. quib. modis vſusfru.l.mulieri. ergo contra abſentem ciuilem poſſeſsionem animo retinentem nũquam procedit præſcriptio. fateor quòd contra ciuiliter poſsidentẽ præſcriptio non procedit. Item fateor quòd tempus tantũ, non eſt modus perdendæ poſſeſsionis. Tamen iure cauetur, quòd tempus eſt modus inducẽdi obliuionem, & obliuio eſt modus inducendi diſpoſitionẽ animi, & diſpoſitio animi, eſt modus perdendæ poſſeſsionis: vt legitur & not.ff.de vſucapio.l.furtum.§.fundi.&

A Adde Abb.& Felyn.pulchrè in cap.vigilanti.de præſcriptio.& quis debet probare abſentiam ad infringendam præſcriptionem: vide ibi.& Ang. in l.emptor. C.de præſcriptio.long.tempo.qui dicit, quòd ei qui allegat.Idem Alexan.conſilio

propt



lxxxviij.colum.vltim.verſicul.fortius.lib.ij.& text.& gloſſ.& ibi Bald.& Doctor. in l.finali.C.de præſcript.longi tempo.& Bar.in l.j.§.ſi autem.ff.de itiner.actuq; priuat.& Cepol.de ſeruitut.vrbanor.præd.cap.xxiij.& amplè in deciſ.Capel.Tholoſ.deciſi.lxxvj.

A Adde quæ requiruntur ad perdendã ciuilẽ poſſeſsionẽ.glo.Inno.& Abb.Sicul.in c.cũ veniſſent. col.vlt.ver. vlt. no.& Inno.in c. querelã.de elec. & glo.Barto.& Alexã.in l.ſi de eo.§.ſi fortè.ff. de acqui.poſ.& Cy.Bar. Bal. & Sali.in l.j.C. de ſeruis fugit. & ſing.per Abb.& Fely.in c.vigilanti.col.iiij. verſi. & ideo adde.de præſcript. vbi ponit quatuor caſus.& omnes ſupradicti ſequuntur Dyn. exceptis Inn.& Lud.de Roma. in d.§.ſi fortè. quòd inducit obliuio poſſeſsionis ciuilis, & præſumitur de ipſa oblitus per decennium. & ſequitur Bald. in l.fina. C. de his qui à non Domino. ſed Imol.& Ludo. dicunt obliuionem biẽnio per Iudicem arbitrandam. vide Felyn.in dict.c. vigilanti. colũ. v.verſi.quartus caſus.& ſic habes quando occupans incipiat

32 propterea dico † quòd ſi ciuiliter poſsidens neglexerit natu
A ralem poſſeſsionẽ per x.ann.[a] vel vltrà, quòd in illa negligentia circa poſſeſsionẽ naturalem priuat eundẽ poſſeſſione ciuili, ſicut aliàs cauetur in iure, quòd negligentia cõmiſſa in adipiſcendã vel recuperandam poſſeſsionẽ naturalem inducit amiſsionẽ ciuilis: vt ff.de acquir.poſ.l.ſi
33 de eo.§.ſi fortè.dico ergo † quòd quandiu abſens retinet ciuilem poſſeſsionẽ, non inchoatur præſcriptio duplici ratione. Prima, quia contra poſsidentẽ ciuiliter non præſcribitur.vt d.l.ſecũda.C.de præſcript.xxx.anno. Secunda ratio eſt, quia qui ciuiliter poſsidet præſcribit: ergo alius non præſcribit eodẽ tempore, ne plures ſimul inſolidũ quærerent, vt dictum eſt.ſed ex quo iuris præſumptione poſſeſsionem ciuilem perdidit per obliuionem, ſeu per animi diſpoſitionẽ quæ ex obliuione procedit poſt abſentiam longi temporis, ex nunc inchoatur præſcriptio contra eum.& hoc voluerunt Gloſſatores iuris ciuilis aliqualiter dicere, licet non plenè.C.de ſeruis fugit.l.j.per
34 quod patet † quòd ad præſcriptionem eſt neceſſaria ciuilis & naturalis poſſeſsio ſimul, vel ciuilis ſola, naturalis autem ſola non ſufficeret eo caſu quo poneremus alium ciuiliter poſsidere: vt ſ.oſtenſum eſt.Dyn.

## In reg.Peccatum.Argumenta.

1 *Peccatum non remittitur, niſi prius quod ablatum eſt reſtituatur.*
2 *Niſi dictio, quando affirmare dicatur, & quando negare. & nume.ſeq.*
4 *Pœna nulla eſſe debet, vbi nullum delictum.*
5 *Abſolutus an ſit à peccato, cui remiſſa eſt reſtitutio.*
6 *Reſtituere quid ſit.*
7 *Reſtitutio quando facta eſſe fingatur.*
8 *Reſtitutio impoſsibilis non obligat, modo adſit reſtituendi voluntas.*
9 *Obligatus quando difficultate excuſetur.*
10 *Iudicia an differant à contractibus.*
11 *Impedimentũ ſuperueniẽs debitori quando eundem excuſet.*

præſcribere non ſtatim, ſed demum poſſeſsione ciuili à domino amiſſa prædicto modo obliuionis decennij : vt not.hic Dyn.j.& alijs tribus modis.per Felyn.in d. c.vigilanti.notatis.

Adde pro hic deductis Specu.in tit.de iuriſdict.omnium iudi.verſi.vlt.not.& in titu.de locat.§.vj.verſi.xlvj.& in tit.de confeſ.§.iij.verſi.quid ſi confiteor.& verſi. ſequē.qui incip. ſed quid ſi confiteor.& Alex. omnino in l.j. interdictum.ff. vti poſsid.

## REGVLA IIII.

**PECCATVM *non remittitur niſi reſtituatur ablatum.***

¶†SI rem meam ſurripuiſti, vel violenter abſtuliſti, vel 1 A
aliud à me extorſiſti per vſurariã prauitatem,[a] non re-
mittitur peccatũ : & conſequenter nec pœna peccati, niſi
reſtituas rem ablatã.& hoc intẽdit hæc regula,& proba- B
tur.s.de vſuc.c.cũ tu.& de cenſib.c.ij.& dictio niſi,[b] ponit
ſicut in c.proxim.& ff.de vent.in poſ.mit.l.extraneo.&
de fer.l.ſi feriatis.& de cuſtod.reo.l.ij.§.fi.aliquãdo autẽ
reperitur ꝙ negat ſeu priuat.vt C.de tranſaction.l.iiij.&
ff.de regu.iuris.l.quo tutela.in principio.& ideo dicen- 2
dum videtur†ꝙ vbi præcedit oratio negatiua, dictio niſi
ponit.vt dicta l.extraneo.l.ſi feriatis.& l.ij.§.vltimi.&
de auro & argento lega.l.ſi quis ita.& de aliment.legat.
l.Stichus.§.Titia.& in hoc capit.& ſequenti.ſed vbi præ-
cedit affirmatiua, tũc negat ſeu priuat.vt dicta l.quo tu-
tela.in princi.ff.eod.de diu.& temp.præſ.l.de acceſsioni-
bus.§.vltimo.& ad Turpillian.l.j.§.penultimo.& de iu-
re.fiſ.l.iij.§.multa.& l.non poſſunt.Sed contra hoc vide-
tur.ff.de regulis iuris.l.nemo ex in princip.vbi priuat.&
non ponit, & tamen negatiua præcedit : ſed illa negati-
ua æquipollet affirmatiuæ : & ideo dictio niſi priuat, ſi-
cut vbi vera affirmatiua præcedit. ¶†Item contra præ- 3

A Adde quòd reſtituere tenetur quis idquod habuit ex furto, rapina, oppreſsione, dolo, vel calumnia. tex. ſing.in c.j. xiiij.q.vj. vnde dicitur Lucæ xx. Zachæus dicit : Ecce dimidiũ bonorũ meorũ Domine do pauperibus. & ſi quẽ defraudaui, reddo quadruplũ. de quo vide Scotum in iiij.diſt.xv.q.ij. vbi ponit quinque articulos: ſcilicet, quid ſit reſtituẽdũ, quis tenetur reſtituere, cui eſt facienda reſtitutio, propter quid reſtitutio fit, & quando.vide religioſ.fratrem Oliuerium Mallardi in ſerm.xxxviij.in vltima.parte Dominicæ.iij. Quadrageſimæ.& in ſermone ſequent.in vltim.parte.& idem dicendum in omnibus caſibus in quibus competit repetitio : & iſtud habet locum in foro animæ. nam vbicunque ius poſitiuum habens concurſum legis ſeu æquitatis naturalis diſponit ſuper repetitione ſeu reſtitutione facienda, talis lex eſt ſeruanda in foro conſcientiæ:vt notat Abbas Sicu.in cap.quia plerique.de immunit.eccleſi.vbi vide multa alia notanda in hac materia : & an reſtitutio male ablatorum debeat fieri per manus illius qui tenetur reſtituere, vel per epiſcopum, vide Fely.in capit. cum ſit.de Iudæis.vbi facit tres concluſiones.& Bald.in c.j.§.iniuria.colum.ij.verſicu.quæro.de pac.tenenda.

B Adde de hac dictione Barto.Bald.Salic.& Alex.in d.l.iiij.C.de tranſact.& latè in tractatu meo Dictionum:ſed vltra vide Alex.conſi.lxxxvij.lib.j.& per Io.And.

dictam



hic.& in addit.Spec.titu.de ſponſa.ſuper rub.in verbo,negationem.& glo.in §.j. de his qui in miſ.non con.in verbo,præter.in Fragmat.Sanct.

A Adde an reſtituere rem raptam proſit raptori ad pœnam euitandam.Abb.in cap.j.de dolo & contu.& in cap.olim.in j.de reſtitu.ſpoliat.Alb.de Reza.in dictionar.ſuo.in ver.reſtitutio.& opin.Dyn.hic ſequitur Barto.in l.qui ea mente.ff.de furti.colum.j.in fin.quòd in delictis locus eſt pœnitentiæ. de quo per Bal.in l.j.C.de plus petit.& in l.ſi quis in ſuc.de inoff. teſtamen.& Io. Andr.in capit. cum laici.de iure patron.& c. in pœnis.j.eod. in Mer.& Alexan.in additio. ad Barto.in d.l. ea mente. & Angel.de Peruſio in l.ſi non conuic. j.C.de iniur.& magiſtralem diſtinctionem Salyc. in l.prima.in j. & ij.colum.C. de crimine ſtellion.& Dyn.in ſequente regula. in prima quæſt.& Paulus de Caſtro conſil.xxiiij. in antiquis.colũ.j. & Cardin. Alexand.in capit. nunquam. lvj. diſtinct.& quæ not.Cy.Bar.Bal.& Saly.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcop.& cler.& Bar. Barto.Bal.Paulus de Caſtro.& Alexand.in l.quamuis.ff.de iureiurand.& Dyn.in l. regula,quæ contra iura.verſi.ſed contra regulam videtur.j.eodem & Doct.in l. iij.de calore.ff.eo.titu.& Cyn.Ioan.Fab.in d.l.ſi non conuitij.& ibi Salyc.C.de iniur.& Deciſ.Capel.Tholoſ.quæſtione ccccix.

dictam ſolutionem videtur. ff. de manumiſ. teſtamen.l.
Titia.§.vltim.vbi videtur præcedere negatiua, & tamen
dictio niſi, non ponit: ſed ibi negatiua non præceſsit,
ſed ſecuta fuit: & ideo non videtur habuiſſe animum
concedendi libertatem, ſed potius impediendi : & pro-
pter illam præſumptionem animi impeditur donatio
libertatis.argumen.ff.de adimen.legato.l.legata inuti-
liter.& de conditio.& demonſtrat.l.cum tale.§.vlti.Ar-
guitur ergò à contrario, ſi reſtituatur ablatum, remitti-
tur peccatum, cum argumen. à contrario ſenſu ſum-
ptum ſit lex.vt ff.de teſtib.l.ex eod.& de teſtament.l.qui
teſtamento.§.mulier.& cum ſublata cauſa finali alicu-
ius rei tollatur effectus.vt ff.de dolo.l.ij.§.vltimo.& l.&
eleganter.in princip.& de exception.rei iudi.l.ij.& de
adimend.leg.l.alumnæ.§.ab heredibus.& s.de præbend.
& dign.c.ſi pauper clericus.lib.vj. Cùm ergo delictum
4 ſit cauſa finalis pœnæ imponendæ:†quòd patet,quia vbi
non eſt delictum,non debet eſſe pœna.ff.de verbo.ſigni.
l.aliud.§.inter mulctam.C.de pœnis.l.ſancimus.& bene
ſequitur quòd reſtituto ablato, & ſic reducta cauſa ad nõ
A cauſam, remittitur peccatum:[a] ſed contra hoc apertè.ff.
de furt.l.qui ea mente.& vi bono.rapt.l.penult.vbi re-
ſtituta re ſublata, vel violenter ablata, non remittitur
peccati pœna : ſed illud ſecundum rigorem iuris ciuilis:
ſecus autem de æquitate iuris canonici,quod diuinũ imi-
5 tatur.†Quæri autem ſolet,ſi fur,vel raptor, vel vſurarius
habet facultatem rei reſtituendæ, ſi fiat ei remiſsio ab-
ſque eo quòd reſtituat rem,an intelligatur à peccato ab-
B ſolutus? & quidam dicunt quòd ſit abſolutus[b], quia ſol-

B Abſolutus. Eſt bene, ſi eſt facta liberè & ab habente poteſtatem,



uere

reiecta ſcrupuloſa diſtinctione ſequenti, vt dixi in tract. vſurarum num. 8. & eſt communis ſententia Theologorum & Iuriſtarum. Car. Mol.

A Adde quid ſit reſtituere. Abbas Sicul. in capit. querelam. in fin. de elect. & in c. præterea. de vſuris. vbi ponit differentiam inter ſatisfacere & reſtituere. & in rubri. de reſtitu. in integrum. & Barto. in l. qui in proprio. §. item quæritur. ff. de procurat. Quotuplex ſit. vide Barto. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolutio. & in l. prima. §. fina. ff. de quæſtioni. & ibi vide Alexan. in additio. & Bald. in cap. domino guerrã. Et ibi Cardin. Alexand. columna iiij. Hîc finitur lex, & incipiunt Conſuetudines Regni. collat. x.

B Adde quôd idem tenet expreſsè Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. j. verſicu. quid autem ſi remiſi vſuras vſurario. cum ſeq. qó. ff. ſi certum pet. alleg. hîc Dyn. & in l. ſingularia. colum. iij. eodem tit. & vide Hoſtien. in ſumma de vſurariis. §. fina. verſi. quid ſi fœnerator. & verſi. quid ſi vſurarius. & Dom. in cap. quanquàm. de vſur. 5. eodem lib. Ioan. And. hîc in glo. & in Mercur. tenet contrarium. & in addition. Specul. titu. de vſur. §. j. & Fed. Sen. in conſilio xviij. incipien. quæſtio talis eſt. & Ioan. de Anchara. & Io. Calder. in conſilio x. ſuper rubri. de vſur. & pulchrè Alexand. in conſilio xcj. colum. j. & vltim. libro ij. & Feder. conſilio xxij. & Laurent. de Rodulp. in repet. capitu. conſuluit. in prima quæſtio. de vſur. vide Ludo. de Roma. in ſuis ſingular. fo.

uere & conſequi remiſsionẽ eius, quod erat ſoluendum, paria ſunt. ff. de re iudic. l. iiij. §. ſoluiſſe. & l. intra dies. & quia ſatisfactũ accipimus per eum modũ quem creditor acceptauerit. ff. de pigno. actio. l. ſi rem. §. ſatisfactũ autẽ. & quib. mod. pignus vel hypot. ſol. l. itẽ liberatur. in prin. Alij dicunt ꝙ non liberatur quis, quia verbis regulæ inhærendum eſt in dubio, cũ de peccato agatur. † Reſtitue- 6
re autem eſt, rem in primo ſtatu reponere. vt ff. de vſur. l. videamus. §. in Fauiana. & ne quid in loco public. l. ij. §. vt reſtituas. & de verbo. ſignificat. l. cùm prætor. & l. plus eſt in reſtitutione. & l. reſtituere. Non abſurdum tamen
dici poteſt † quod ſi res erat reſtitutioni parata, & tunc 7
fiat remiſsio, ꝙ habeatur perinde ac ſi res eſſet reſtituta,[a] & poſtea per eum cui reſtitutio facta fuit donata ſit A
reſtituenti. argu. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. iij. §. ſed ſi debitorem. & §. vlti. & de iure dotium. l. vir ab eo. & ff. ſi certum petatur. l. ſingularia. circa finẽ. & de ſolutionib. l. pecuniam. & de rei vendicatione. l. hoc ſi res. aliàs nõ poteſt intelligi propriè facta reſtitutio, cùm quãtum ad propriam ſignificationem verborũ, aliud ſit re-
mittere aliud reſtituere, vt dictũ eſt. † Sed ſi non habeat 8
facultatem rei reſtituẽdæ: tunc eſſet ſibi impoſsibilis re-
ſtitutio. Et tunc ſine reſtitutione abſoluentur:[b] quia ne- B
mo poteſt ad impoſsibile obligari: vt infra eodem capit. nemo poteſt. & ff. de regulis iuris. l. impoſsibilium. quia ipſa non habendi neceſsitate excuſatur: vt ff. de muner. & honor. l. cura. §. inopes. Licet fortè ſecũdum rigorem iuris ciuilis nõ eſſet excuſatus: quia naturalis impoſsibilitas non perſonæ difficultas debitorem excuſat: vt ff. de ver-





lio 22. colum. ij. verſi. colligitur & Alexand. in l. ſi plagij. colum. j. ff. de verborum obligationibus.

A Datio. Scilicet quantitatis, vel in genere. aliàs in obligatione dandi ſpeciem, difficultas impedit moram, vt tenet Bart. Alex. & omnes in l. quôd te, ſi cert. pet. vbi Philip. Deci. ad fin. idem ſentit in obligatione dandæ quantitatis, & malè, vt ibi in Annota. dixi. C. Molin.

B Adde, ꝙ nõ dimittitur peccatum, niſi fiat reſtitutio, ſi reſtitui poteſt. nã nõ valens illicitè rẽ extortã reſtituere, ex quo pœnitet, liberatur à pœna æterna: vt notat Abb. in c. cũ tu. de vſur. & ſanctus Tho. ij. ij. q. lxvj. & Io. de Ana. in d. c. cum tu. vt tenet Dy. hic in fi. & quãdo impoſsibilitas naturalis ſiue difficultas perſonæ excuſet debitorem, vide Barto. Imol. & Paul. de Caſtr. in l. continuus actus. §. illud. col. ij. ff. de ver. obl. & Dyn. & ibi in addit. in regula, nemo poteſt j.

C Adde, an quis præciſe teneatur ad factum Bar. & vtrũque Imo. in l. ſtipulationes. ff. de verb. obl. & in l. ſi quis ab alio. §. ſi. ff. de re iudi.

D Adde tex. & ibi Abb. Sic. in cap. illud. de cleri. excommu. & not. quôd facilitas veniæ in caſum tribuit delinquendi. xxiij. quæſtione iiij. cap. eſt iniuſta. Spec. tit. de

9 oblig. l. continuus actus. §. illud. ¶ † Sed mihi videtur ꝙ etiam ſecundũ rigorem iuris ciuilis poſſet excuſari. multum enim refert vtrũ ſit in obligatione datio vel factũ.
A nam ſi eſt in obligatione datio,[a] & difficultas pſonę nõ excuſat debitorẽ: vt in §. illud. ſed vbi eſt in obligatione
B factum perſonæ,[b] caſus contigens in perſona, debitorẽ excuſat, ſiue factum debeatur ex contractu, ſiue ex promiſsione in iudicio facta. De contractu patet. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. vlti. §. penul. De iudicio, ſi quis cau. l. ij. §.
10 ſi quis. † Verum eſt, quia Gloſſatores iuris ciuilis diſtinguunt inter iudicia & contractus, & nihil eſt: quia idem eſt in vtroque quantùm ad hoc. vt in l. præalleg. Cùm er-
C go rem reſtituere ſit factum: ſicut & rem tradere:[c] vt ff. de verb. obliga. l. vbi autem non appareret. §. qui id. & l.
11 ſtipulationes non diuid. §. idem puto. ſequitur † quòd impedimẽtum ſuperueniens in perſonam debitoris, quod, reſtitutionem impoſsibilem facit, debitorem excuſat, niſi culpa præceſſerit caſum, quia tũc non excuſatur ꝑpter caſum: vt ff. ſolut. matrimo. l. etiam. §. licet. Item ni-
D ſi relinqueret ſub ſpe veniæ[d] conſequendæ: quia tunc videtur culpa caſum præcedere. & ideo excuſari non debeat. argumen. ff. de damno infecto. l. fluminum. §. item apud. & §. Seruius, & de acti. & obliga. l. j. §. is quoque. & commod. l. in rebus. §. quod autem.

## In reg. Peccati venia. Argumenta.

1 *Correctio mentalis, id eſt, contritio requiritur, vt venia peccati concedatur.*
2 *Soluuntur facilius, quæ ligantur facilius.*
3 *Ligatur quis facilius iure diuino quàm humano.*
4 *Cogitatio ſola peccati pœnam non meretur iure ciuili.*
5 *Correctio triplex eſt, & quæ deſiniatur earum quælibet.*
6 *Ius ciuile quid in peccatis attendat.*

adu.verſi.vij.in fin.vide Petr.de Ancha.in d.cap.illud.& iſtud induxit Iaſ.in §.fina. colum.iij.ver.xj.fallit.inſtit.de act. quòd is qui ſub ſpe ceſsionis bonorum contrahit,non admittitur ad ceſsionem bonorum.vt tenet ibi Ioann. de Platea & bene facit quod not.Bar.in l.j.§.j.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe.

A Adde Card.Alex.in c.denique.in princip.iiij.diſt.in fin.verbis ſuis.vbi dicit eſſe ibi gl.limitantem hanc relatiuam quod ꝓcedit in venia culpæ. ſecus in venia pœnę.quod non eſt.idẽ not. Alber. de Roſ. in Dictionario ſuo.in litera,venia. licet Dyn. hic videat ſentire contrariũ, ꝙ correctus cõſequatur remiſſionem pœnæ,&c.

## REGVLA V.

**PECCATI** *uenia non datur niſi correcto.*

¶HAEC regula concordat cũ ꝓxima præcedenti:quia ſicut in præcedẽti nõ remittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatũ:†ita hic nõ remittitur peccatũ,nec peccati pœna, 1
niſi interueniat mentalis correctio , id eſt animi pœnitentia & cordis contritio: his enim interuenientibus datur peccati venia. a ſed quæritur , cur de iure canonico A
propter ſolam pœnitentiam,id eſt cordis contritionem, datur peccati venia, & non de iure ciuili?vt ff.de ædil.edict.l.quis ſit fugitiuus.& de furt.l.qui ea mente.cum ſimilib.Reſpõſio eſt aperta: †quia ea quæ facilius ligant, 2
facilius diſſoluunt: ſeu quæ facilius ligantur,facilius diſſoluuntur,vt ff.eod.l. nihil tam naturale. & l. ferè.& de ſol.l.prout quiſq;.& de reſcin.vend.l.emptio. †Conſtat 3
autem ꝙ de iure diuino facilius quis ligatur: quia ſola mentis cogitatione,ſi modò fuerit huius propoſiti ꝙ occaſione data,id.quod cogitauit, commiſſurus ſit. vt ff.de verb.ſignifi.l.fugitiuus.& ideo per contrariã animi pœnitentiam,& cordis contritionem, cõſequitur remiſsionem peccati,& pœnæ b pro peccato imponendæ: † iure B 4
autem ciuili per ſolam animi cogitationem ad actum non procedẽtem pœnã non meretur. vt d.l.fugitiuus.& de pœnis.l.cogitationis. ſed ſi ad actum proceſsit pœnã meretur,& ideo ſola cordis contritione veniam nõ conſequitur. Correcto,id eſt pœnitentiæ,& cordis cõtritionem habenti.†correctio triplex c reperitur: vna verba- 5
lis,alia realis,tertia mentalis.tamen nec verbalis,nec rea C
lis prodeſſent,niſi mẽtalis interueniat quo ad Deũ, cum ad cor tantũ reſpiciat Deus & quantum ad peccati commiſsionem,& quãtum ad remiſsionẽ conſequendã. †Iu 6
ra verò ciuilia quantum ad commiſsionem conſyderant factum concurrens cum animo: & non factum tantùm ſine animo:quia voluntas & propoſitum maleficia diſtinguunt.vt ff.de fur.l.qui iniuriæ.& de ſicar.l.infans.& l. diuus.nec animus ſine facto.vt l.fugitiu⁹.& l.cogitatiõis.

B Pœnæ.Et benè,quoad Deũ, non tamẽ per illam contritionẽ,ſed per meritum paſsionis Chriſti, fide apprehenſum.Sed hoc nihil habet commune cum pœna debita homini vel Reipub. niſi ad pœnam moderandam, quæ in cõtumace augeri poſſet.C.M.

C Adde Abb. Sicul. In capit. cum ex iniuncto.de hæret.

In reg.



A Adde ſingu.Cyn.& Bald.& Salice.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcop.& cler.Barto.in l.j.in princip.ff.de extraord.crim.& Bart.pulchrè in conſi.ccxvij.& Alexand.in l.j.§.fina.ff.quod quiſque iuris.& Salic.in l.is qui cum telo.C.de ſic.& Abb.in cap.j.de præſumpt.& Docto.in cap.perpetuæ.ſ.de elect.eod.lib. Bal.& Ange.Aret.in §.item lex Cornelia.inſtitu.de pub.iudic.& Barto.in l.j.§. diuus.& l. diuus.ff. ad l. Corneliam . de ſicar.ſignanter per Felyn. in d. capit.j. de præſumpt. poſt do. Anto. & Imol. & Felyn.in tra. ſuo de conatu, quẽ poſuit poſt titul.de appell. vbi ponit in dictis locis regulã , quòd conatus ſine effectu pœnam meretur,& etiã octo fallẽ. Et quid in ſtatutis maleficia punientibus vide per Doct. ſ.alleg.& Paulum de Caſtr.in conſil. xxvij.in antiq.colum.ij. verſic.dicet aliquis.& ad prædicta vide Lud. Bolog. in l. in executione. §. quæcunque. ff. de verb. oblig. in ſecundis interpretationibus. Qua pœna puniatur illi q repertus eſt in domo animo furandi , non tamen proceſsit ad actum, vide Bart.in l.qui ea mente.ff.de fur.& Bald.in d.l.ſi

### In reg. Nemo poteſt. Argumenta.

1 *Obligatus ad impoſsibile nemo præſumitur.*
2 *Promittens impoſsibile,de facto non obligatur.*
3 *Obligare nemo poteſt ad id, quod natura,facto, vel iure eſt impoſsibile.*
4 *Præceptum aut etiam autoritas neminem poteſt ad impoſsibile obligare.*
5 *Legis autoritas ad impoſsibile non poteſt quenquam obligare.*
6 *Obligari an poſsit quis ad impoſsibile ratione vltimæ voluntatis vel contractus uigore.*
7 *Contrahere nemo præſumitur ſcienter ſuper re impoſsibili.*
8 *Obligatio naturalis nunquam contrahitur ſine conſenſu.*
9 *Obligatio an fiat inutilis per impoſsibilitatem.*
10 *Conditio impoſsibilis quando vitiet obligationem.& nu.ſeq.*
13 *Impoſsibilitas ſuperueniens non vitiat obligationem aut cõtractum.*
14 *Promittens hominem mortuũ, & ſi non dederit,decem promittit,an obligetur ad pœnam.*
15 *Obligatio occaſione delicti contracta extinguitur , ſicut & delictum,morte ſerui.*

## REGVLA VI.

**NEMO** *poteſt ad impoſsibile obligari.*

1 ¶†SI promitto alicui dare quod eſt impoſsibile de natura dari,vt Solem,Lunam,& Stellas,non obligor: vt ff. de verbo.oblig.l.ſi ſtipuler.ij.reſpon. Item ſi promitto facere id quod impoſsibile eſt de natura fieri.vt cœlum digito tangere , vel cœlum aſcendere : vt dicta l.ſi ſtipu-
2 ler.j.reſpon. †Item etiam ſi promitto id quod eſt impoſsibile de facto:vt montes Alpum vltra mare deferre. argum.ff.de ſtatulib.l.cum hæres.§.j. Item ſi ſtipulor id quod eſt impoſsibile de iure: vt rem ſacram mihi dari. vt inſtitut.de verb.obligat.in princip.& ff.de verbor.oblig.l.inter ſtipulantem.§. ſacram.& l.ſi ſtipuler.§. item
3 quòd leges. Intẽdit ergo regula dicere†quòd nemo po-
A teſt obligari. a ad id quod de natura , de facto , vel de

iure

quis non dicam rapere.& Ant.in cap.j.de eo qui mit.in poſſeſ. cauſa rei ſeruan.& Archidiac.in can.qui bona.xvij.q.j.vbi dicunt per textum.in l.ſacularij. ff.de extraord.crim. quod relegatur vel ad opus traditur: ſed ibi Lud. Bolog.tenet contrarium.ad not.hic vide Baldum in conſilio xxiiij.volu.iiij. & Cardin. Alexand.in cap.omnes.xxij.diſtinct.& Bald.in conſi.xxx.lib.ij.& in conſi.lviij.colum.vij.verſi. itē qui iuſti. lib. j.& in conſ.xxvij.lib.ij. Et an conatus puniatur in ciuilibus ſicut ꝯ crimine, dic ꝙ non. vt not.glo. ſing.& Bal.in l.ſi cōſtiterit. C. finium regund.& Fely. in c.cum acceſſiſſent. col.xvj. in princip.Dec. conſil. xxxiij.& in conſi. xxxvj.
Adde inquātum alleg.Fely. in tract. de conatu. poſt titu. de app. ꝙ nunc per modernam impreſsionē ponitur poſt titu. de ſponſal.& de hac materia tu vide omnino Panor.in capit. adoleſcens. & qđ ibi poſui in addit.ad ipſum.in verſicu.conſummatum.nu.ij.de ſponſ.vbi pono quid de hoc caſu in foro fori,& in foro poli.& de hoc etiam vide Romanum ſingul. cccxx.incipiente,iudex capiens pecuniam.

iure eſt impoſsibile:& hoc in contractibus.Idem in vlti-
mis voluntatibus: quia nec autoritas vltimæ voluntatis
quæ excedit autoritatem contractuum: vt ff.eod.l.in te-
ſtamentis.poteſt ad impoſsibile aliquo de prædictis mo
dis obligare.argum.ff.de legat.j.l.ſi quis inquilinos.§.vl
timo.& l.ſeruo alieno.§. vltimo.& l.apud Iulia.§. con-
ſtat.& de condition.inſtitut.l.quidam.& l.filius.& l.quæ
ſub conditione.Et idē in ſententijs & præceptis.† nā nec 4
autoritas ſententiæ nec præcepti poteſt aliquem ad im-
poſsibile obligare: vt ff.quæ ſenten.ſine appell.reſ.l.vl-
tima.j.& ij.reſpon.Item in confeſsionibus, quia confeſ-
ſio continens impoſsibile de natura,de facto , vel de iu-
re,non eſt obligatoria.vt ff. de inter. actio.l.de confeſ-
ſionibus.§.in totum.& ad legem Aquil.l.inde Neratius.
§.vlti.† Nunquid autem legis autoritas poteſt ad impoſ- 5
ſibile obligare? dicendum eſt quòd non , quia lex debet
eſſe poſsibilis & honeſta, [a] aliàs pro non longe eſt habē- A
da.vt in c.erit autē lex.iiij.diſt.eſt ergo effectus iſtius re-
gulæ generalis,videlicet,vt nec autoritate cōtractus, vel
vltimæ volūtatis,nec ſentētiæ,nec præcepti,nec cōfeſsio
nis,nec legis poſsit aliqđ ad impoſsibile obligari, ſaltim
ciuiliter: qa huius obligationis effectus ꝑ canones & per

A Adde, an & quando impoſsibilitas vitiet,Bart.in l.j.ff.de hæred.inſtituend.& in l.fina.ff.ſi certum peta.& in authentic. ſi quando.C.de conſtit.pec.impoſsibile ſimpliciter poteſt deduci in obligationem , ſi nominis prouiſione deducatur ad poſsibilitatem.textus ſingul.& vnicus in l.fina.§.inter eos.ff. de verborum oblig. & ibi Lud.Bolog.in ſecundis interpret.de quo vide per Bar.in l.continuus actus.§. illud.ff.de verborum oblig.& ibi quæ ſit impoſsibilitas , & multa alia circa materiam.& quæ not.Dyn.ſ. in regula,peccatum.& ibi in penu.addit.& quotuplex ſit, per Bar.in l.j.ff.de conditio.inſtit.& ibi multa notanda dicit in materia.& in l.impoſsibilis.& ibi Alexan.ff.de verbo.oblig.& pulchrè Angel.Aret.in §. impoſsibilis. inſtit.de inutil.ſtip.& Bald.& Imol.in dicta l.j.ff.de condition.inſti.& Bal.in l.vnica.in x.oppo.C.de his quæ pœnæ nomine.& in l.ab adminiſtratione.C.de lega.& in cap.j.§.ad hæc.verſicu.extrà quæro.hic finitur lex Corra.columna x.& in con-

leges



ſilio xxix.colum.ij. verſicu.quia impoſsibile.volum.iij.& Chriſtopho.Poreus.& ibi Iaſon de May.in additionib.in dicto §.impoſsibilis.de inut.ſtipu.& Card.Alexand. in cap.ab exordio.columna ij.xxxv.diſtinct.& Abb.Sicul.in cap. cum eſſes. colum. xj.de teſtament.& Bald.in l.iiij.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.& Cyn.in l.non moriturum.C.de contrahend.& committend.ſtipulat.& Ioan.Fab.in §.fina.inſtit. de leg. Paul.de Caſtro & Bartholomæus Socin. in l. obtinuit. ff.de conditio. & demonſtr.& Calder. in conſilio vj.titul.qui filij ſint legitimi. & Angel.in conſilio cxix.

leges improbatur, vt hîc. & ff.eodem. l.impoſsibilium.
6 an † autem ſaltim naturaliter obligetur ex vigore con-
tractus vel vltimæ voluntatis impoſsibilitatem conti-
A nentis [a] quod prima facie videtur: quia conſenſus adeſt.
ergo naturalem obligationē parit,cùm naſcatur ex con-
uentione ſeu conſenſu.vt ff.eod.cum amplius. §.is natu-
ra debet.& de ſolut.l.Stichum.§.naturalis.Econtra vide-
7 tur mihi quòd naturaliter etiam non obligatur. † primo
quia conſentire non videtur ſuper re impoſsibili ſcien-
ter contrahendo vel diſponendo.vt ff.de act.& obliga.l.
non ſolum.Secundo quia ſi ignoranter contrahat aut diſ
ponat credens rem poſsibilem quæ erat impoſsibilis, vi-
detur error abeſſe.igitur & conſenſus abeſſe. vt ff.de iu-
B riſd.om.iud.l.ſi per errorem.[b] & ff.de iud.l.ij.& C.de iu.
8 & fact.igno.l.cum teſtamentum.& l.non idcirco.† Ergo
deficiente conſenſu non contrahitur obligatio naturalis
quæ ſolet ex conſenſu procedere.item quia in regula iu
rìs impoſsibilium nulla eſt obligatio. ff.eod.ponitur ſi-
gnum vniuerſale negatiuum, & poſito quòd non pone-
retur , indefinita æquipollet vniuerſali. cùm in qualibet
ſpecie obligationis impediendæ ſit eadem ratio. vt ff.de
leg.ij.l.ſi pluribus.in princ.& l.ſi ita relictum.& dictum
eſt ſ.in glo.rub. Sed opponitur & videtur quòd quis poſ
9 ſit ad impoſsibile obligari,& † quòd impoſsibilitas non
reddat obligationem inutilem: ſed reddat eandē de præ-
ſenti puram & vtilem.vt ff.de cond.inſt.l.j.& de cond.&
demonſt.l.obtinuit.cum ſim.ſed dicendum eſt,quod aut
impoſsibilitas adiicitur in modum conuentionis in con
tractibus, vel diſpoſitionis in vltimis voluntatibus: aut in
modum conditionis.ſi in modum conuentionis, vel diſ-
10 poſitionis.verbi gratia:† quia promitto vel lego rē quam
impoſsibile eſt dari, & tunc impoſsibilitas impedit om-
nem ſpeciem obligationis contrahi.& ita loquitur regu-
la hîc.& ff.eod.l.impoſsibilium.& de verb.oblig.l.ſi ſti-
puler.j.ij.iij.& iiij.reſp.Sed ſi modum conditionis: verbi
gratia,quia promitto vel ego ſi cœlum aſcendas,vel digi
to tangas:& tunc aut iſta cōditio impoſsibilis ponitur in

A Adde Cardin.Alexand. in cap.erit autem. iiij.diſtinct.col. j.& iij.& ibi dicit Cardi. quòd medium eſt impoſsibile illud quod eſt contra legem,vt dicit gloſ. in cap. gratia.de reſcr. ſ.eodem libr.& Inno. in cap.paſtoralis.de cauſa poſſ. & propriet.ſed etiam quòd eſt contra conſuetud. vt cap. erit autem lex.

B Adde quòd ex conditione impoſsibili non naſcatur ciuilis, nec naturalis. textus & ibi Bart. in l.ſi ſub impoſsibili. ff. de fideiuſſo.qui alleg.hîc Dy.& ꝙ nō naſcatur ex cōtractu vel

contr

teſtamento contra legem celebrato:vide Ang.& Alex.in l.ſi certis annis.colum.ij. verſi.ij.limitat notabiliter Ang.C.de pact.Bart.in l.cum lex.col.ij. ver.his præmiſſis.ff.de fideiuſſo.& Ant.& Imo.in c.cum contingat.de iureiur.& no.ꝙ filiusfamil. accipiens mutuum contrahit contra ſenatuſcon.Maced. & pariter mulier intercedens contra Velleia.& tamen obligantur naturaliter & ciuiliter, licet adiuuentur exceptione, vt eſt text.& ibi glo.ſuper verb. petitio. in l.j.in prin.& ibi Bar. ff.ad Maced. & Iaſon.in reper. l.frater à fratre. colum. xx. poſt principiū. ff.de cond.inde. vide Dyn.& ibi in addit. in regula vlt.verſic. de re ad rem.

contractibus,aut in vltimis voluntatibus. † Si in contra-
ctib⁹,aut affirmatiuè,aut negatiuè:ſi affirmatiuè,vt quia 11
promitto ſi cœlum digito tangas, reddit contractum inu
tilem:ſi negatiuè,vt quia promitto,ſi cœlum digito non
tangas,valet contractus.& quia affirmatiua eſt impoſsibi
lis,ideo negatiua, quæ eſt eius contraria, eſt poſsibilis &
neceſſaria,& facit contractum de præſenti valere & obli
gationem parit.vt ff.de ver.obli.l.impoſsibilis condit.&
ita debet intelligi.ff.de act.& obl.l.nō ſolū.& patet aper
tè inſt.de inu.ſtip.§.ſi impoſsibilis.†ſed in vltimis volun
tatib.ſiquidē negatiua,idem quod in contractibus:ſi affir 12
matiua,aut omni tēpore impoſsibilis aut à principio poſ
ſibilis&ex poſt facto impoſsibilis primo caſu aut erat ad
iecta in pſona honorati,id eſt eius cui aliquid in teſtamē
to adſcriberetur,& tunc habetur pro non adiecta, & reli
ctum valet.vt patet in d.l.obtinuit.de cond.& demon. &
l.j.de cond.inſt.& ibi no.ſi in perſona onerati, id eſt eius
cui onus præſtationis in vltima voluntate imponitur: vt
dāno hæredē x.dare ſi cœlū digito tangat. tūc reddit inu
tile.vt inſt.de leg.§.vlt.ſed† ſi erat ab initio poſsibilis,&
ex poſtfacto deuenit ad impoſsibilitatē, relictū valet, & 13
ſola impoſsibilitas remouetur:vt ff.de lega.j.l.ſi mihi &
tibi.§.ſi quis ſeruos. Quid autē ſi in conuentione appo-
natur aliquid impoſsibile,& ſi id nō fiat,detur pœna quā
poſsibile eſt præſtari:an ſaltim obligatio contrahitur in
pœna?verbi gratia: † promitto dare hominē mortuū:&
ſi non dedero,promitto x. nomine pœnæ:vel promitto 14
dare certum hominē viuum:& ſi non dedero, promitto
dare decē nomine pœnæ,& homo poſtea moriatur ante
moram. Gloſſatores iuris ciuilis aliquando determināt,
& malè, ꝙ pœna cōmittatur per l.in illa ſtipulatione. ſi
calen.ff.de ver.obli.aliquando determinant,& bene,[a] ꝙ
ſtipulatio non committatur ad pœnam. vt de ver.obl.l.ſi A
homo mortuus.& in l.in illa ſtipulatione.vbi nil facit ad
propoſitum, quia ibi incidit ſtipulatio pœnalis à præce-
denti conditione, & ideo interitu illius rei quæ non eſt
in obl

A Adde quòd idem tenet Cy. in l. non moriturum.C.de cōtrahen.& committend. ſtipul. & Bartolus & Alexand. in l.ſi homo mortuus. ff.de verborum obliga. ſequendo ibi gloſſ. & Bartol.Bald. & Alexand. in l. ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cogant. reprobando ibi glo.& allegant Dyn.hîc & Barthol. Socin.in l. obtinuit.columna prima. prope finem.de cōditio. & demonſtrat. ff.



A Adde Bart.& doct.mod.præcipuè Franc.de Are.in l.maritum.ff.ſolu.matr. & ipſum Dy.in §.ſunt præterea.inſt.de act.& Alexan.ſing.in d.l.maritum.qui ponit regulam, quod maritus non conuenitur niſi inquantum facere poteſt, & viginti vnam fallen.& vide Ang.Arc.& Iaſ.de May.Io.de Pla.& Ioan.Fab. poſt Nicol.de Neapo.in §.item ſi de dote.inſt.de act.& Ang.de Peru.in l.non ſolum.ff. de re iud. & Lud.Bol.in l. & ideo. §. j. ff. rer.amo.in ſuis primis interpr. antiquis. & an huic priuilegio poſsit renūtiari ſoluto matrimonio.videper Ludo.Bolog.in l. eum qui. §. ſi mulier.ff.de iureiuran. & adde ipſum in l. ſi filio. ff.ſolu.matrimon. & in l. etiam.eod.titu. & Cy. in l.vna. §. cum autem. C.de rei vxor. act. & Alexan. in l.nō tantum. ff.de re iudic.& Fel.in cap. quæ in eccleſiarum. colū. xxv. ante mediū.de cōſti.

in obligatione, nō potuit liberari promiſſor:ſed in pro-
poſito incipit à præcedenti conuentione:& ideo ſi res ſit
interempta à principio,pœna non debet committi,quia
rei impoſsibilis fuerat adiecta. itē ſi moriatur poſt pro-
miſsionem, & ante moram nō committitur pœna, quia
interitu rei quæ in obligatione erat contingente ante
promiſſoris moram, liberatur à principali, & à pœnæ
promiſsione.vt d.l.ſi homo mortuus.& ibi no.Sed con-
tra hanc determinationem videtur.ff.de noxal.l.ſi ad li-
bertatem. §.ſi quis.nam ibi ſeruus nō erat in obligatio-
ne,ſed æſtimatio damni:vt ff.de re iud.l.miles.§.x. & ta-
men eius interitu contingit liberatio:ſed ibi eſt in obli-
15 gatione æſtimatio propter delictum ſerui: † ſicut ergo
delictum morte ſerui delinquentis extinguitur, ita &
obligatio delicti occaſione contracta.Dyn.

## In reg.Priuilegium. Argumenta.

1 *Priuilegiū mariti ne condemnetur, eius perſonam ſequitur.*
2 *Beneficiū reſtitutionis perſonale minori conceſſum non cōpetit fideiuſſoribus,licet ad eius trāſeat ſucceſſores. & n.5.*
3 *Beneficium perſonæ conceſſum, quando cum perſona extinguatur.*
4 *Priuilegiū quādo extinguatur,eo extincto cui cōceſſum eſt.*
6 *Priuilegium rebus conceſſum,tranſit ad ſucceſſorem.*
7 *Priuilegiū ciuitati vel loco cōceſſum ad poſteros trāsfertur.*

## REGVLA VII.

**PRIVILEGIVM *perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.***

¶POTEST poni exēplū huius regulæ in priuilegio
1 †quod datur marito,vt condēnetur inquantū facere po-
A teſt.deducto ne egeat.[a]nā perſonā mariti ſequitur, & cū
perſona mariti extinguitur: & ideo hæres mariti extra-
neus inſolidū condēnatur,nō habita ratione ne egeat. vt
ff.ſol.mat.l.maritū.& l.ſeq.& de re iud.l.& ſi fideiuſſor.
§.ſi maritus.& in l.ſciendū.idē in priuilegio perſonali,ꝙ
datur patri & patrono & militi vt condēnetur inquantū
B facere [b]poſſunt.vt ff.de re iu.l.ſunt qui in id ꝙ l. patro-
nus.

B Adde doct. in iuribus hic all leg.& in §.ſunt præterea. & §. ſed & ſi quis. inſt.de actio. & quod dicitur in milite armatæ militię,idem in clerico cœleſtis militiæ mite.vt no. glo.in l.milites. & ibi Bar. Angel. & Mattheus de Math. in ſuis notabil. fol.1. colum. ij

nus. & l.item miles. & l.miles. quia perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur. vt ff.de regul.iur.l.priuilegia.& l.in omnibus.& de cenſibus.l.iij.§.vltimo.ſed opponitur & videtur priuilegium perſonale cum perſona
non extingui,ſed ad ſucceſſorem tranſire:† conſtat enim 2
beneficium reſtitutionis quod datur minori, perſonale eſſe:quod ſic probatur, Omne beneficium reale proueniens ex perſona rei principalis competit fideiuſſori: beneficium autem perſonale proueniens ex perſona rei, ad fideiuſſorem non extenditur:vt ff.de exception. l.exceptiones quæ perſonæ.in princip. & §.rei verò.ſed beneficium reſtitutionis in integrum competens minori, & non decepto aduerſarij dolo, non competit fideiuſſoribus, eo caſu quo creditor non eſt habiturus regreſſum contra alium:vt d.l.exceptiones quæ perſonæ. in fine. & ff.de minorib.l.in cauſæ.& C.de fideiuſſo.minorum.l.j.
& ij.† ergo ſequitur ipſum perſonale eſſe:& tamen iure 3
cauetur quòd non extinguitur cum perſona: ſed ad hæ-
redes tranſit:vt ff.de in integrum reſtit.l.non ſolum. [a] & A
de minorib.l.minor autem.§.non ſolùm.& l.interdum. & C.de temporib.in integrum reſtitu.petend.l. ea quæ. ergo videtur regula falſa.Idem in beneficio Velleian. quod competit mulieribus pro aliis intercedẽtibus, quia perſonale, & tamen cum perſona non extinguitur: ſed
ad hæredes tranſit. [b]. vt C.ad Velleianum.l.hæredes.ſed B

& Ioan.Bap.de ſancto Seuerino.in tract.de debitor.ſuſpectus.& fug. in q.v. multum ſingulariter,& deciſionibus Capellæ Tholoſ.deciſi.ccxlvj.& Abb.Sicul.in cap. olim.de reſtitu.& in cap.j.de cler.ægrotan.& latius in cap.Odoardus. & ibi Andr. Barb.colum.ij.de ſolut.vbi dicit idem dicendum in aduocato.& tenent Ange.Alexand.& Ludouic.Bolog.in ſecundis interpretationibus per gloſſ.quam faciunt ibi ſingularem, in dicta l.miles.de re iudica. & ibi Alexand. allegat aliam glo. & ibi Bartol. in l. ij. §.eſt & alius.ff.ſi quis à par.fue.& idem Cyn. & Salicet. in l.j. colum.v. C.de iur. & facti ignoran. ibi hoc limitãt nõ habere locum in priuilegijs conceſsis ratione præſumptæ ignorantiæ iuris: quia turpe eſt doctori ius ignorare in quo verſatur.l.ij.§.ſeruius autem ſuſpectus ff.de orig.iur.pro quo dicto eſt text. & ibi Cy. Bart. Bald.& doctor. moder.in l.j. C. qui & aduerſ. quos in integr.reſtitu. & in l.profecto.& ibi gloſſ.& Ioan.de Plat.C.de muner.patrimo.lib.x.& vide docto.maximè Alexand.in l.ij.quod quiſque iuris. facit text.in l.aduocatos.C.de aduoca.diuer.iudi.

Adde Matthæum notab.lxj.incip.nota quod clerici.de quo vide Anchara.in repet.cap.ſi propter.colum.vj.de reſcrip.Panor.in cap.j.de cleri.ægrot.domi. meus do.Iaſon May.in l.quamuis.col.ij.circa medium.C.de iur.& fact.ignoran.& Abb. conſi.xciij.incip.an quove hæredum.l.ij.& ibi poſui in apoſtilla ad ipſum.

A Adde ibi videndum Barto.qui alleg.Dyn.hîc,& ponit vnum caſum,in quo priuilegium reſtitutionis non tranſit ad hæredem minoris, & aliũ caſum vide etiam per gloſſ.& Bartol.in l.paterfamilias.ff.de priuil.credit.& Bartol.in l.interdum.de minorib.ff.qui ſequitur ſolut.Dyn.hîc.

B Adde Cy.& Bald.in l.hæredes.C.ad Velleian.& Bald.ſequitur,Dyn. & multum dicend



cum defendit.& ponit vnam diſt.& vide Dyn.in regula,ſi quis ſuccedit. infra.

A Adde pulchre Bar.Bal.& Alex.ſing.in l.quia tale ff.ſolu.mat.glo. celebrem.& ibi Ioan.de Plat.in l.ſordidorum.C.de excuſ.mune.lib.x.& Bar.in l.pen.ff.de ſeruit. leg.& in l.j.& ibi Alex.in addit.ff.de conſti.prin. & Bal.in l.ſi.in noua lectura. eo. tit.col.j.& Ang.Aret.Ioan.Fab.& Iaſ.in addit.ad Chriſtoph.Porc.in §.quòd prin. placuit. inſtitu. de iure natura. gent. & ciui. & Alber.de Roza. in ſuo Diction. in litera, priuilegium. & Bal. in l.hæredes.C. ad Velleian. Et quomodo cognoſcitur, an ſit reale vel perſonale,vide per Barto.s.& in l. apud Iulianũ.§. ſi quis alicui. & ibi Alexan. col. j.ff.de lega.j.& per gl. & Doct. in c.cum veniſſent.de inſtit.& glo.xxv.q.ij.In ſumma. & Ioã. Andr. Petr. de Anch.& Philip. Franc. hic. Et quid ſit priuilegiũ, vide per Felyn. in ca.de literis.in princ. de fide inſtru. & ad ſupradicta omnia vide Spec. tit. de inſtru. edit. §. xj. per totũ.& Bal. conſil. cccv.lib. vj.quòd eſt pulchrũ in hac materia. & Pet.de Anch.conſ.cccxxxviij.& Alex. conſil.cj. col.ij. lib.j. verſicu.ij.

4 dicendum eſt † quòd aut perſona eſt proxima & immediata cauſa beneficij perſonalis,vt patet in marito,patre, patrono,& milite,de quibus ſuperius dictum eſt.& tunc beneficium perſonæ cum perſona extinguitur, vt hîc,& ff.eo.l.priuilegium,& l.in omnibus.aut perſona non eſt proxima & immediata cauſa: ſed læſio, vt eſt videre in perſona minoris,qui in integrum reſtitui petit, cui non conceditur reſtitutio,licet probat ſe minorem,niſi probet de læſione: vnde læſio eſt proxima cauſa reſtitutionis,non perſona minoris: vt probatur ff.de iureiuran.l. nam poſtea.§.ſi minor.& de minorib.l.quid ſi minor.§. non ſemper. & l.non omnia. & tunc beneficium perſonale non extinguitur cum perſona.vt d.l.non ſolùm.& l.interdum. Ratio autem prædictorum eſt aperta: quia primo caſu extincta perſona extinguitur cauſa finalis priuilegij concedendi, & ideo extinguitur priuilegium: in ſecũdo extincta perſona, non extinguitur cauſa finalis priuilegij concedendi:& ideo priuilegium non expirat.iuxta regulam qua cauetur,ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus:& non ceſſante cauſa,durat effectus: vt ff.de
5 dona.l.ij.§.vlt.& l.& generaliter.† Vltimo loco [a] circa
A materiam regulæ poteſt plenè diſtingui: quia aut priuilegium conceditur perſonæ,aut cõceditur rebus:aut generi perſonarum,aut ciuitati,vel loco,aut cauſæ.

¶ Primo caſu: aut perſona eſt proxima cauſa priuilegij cõcedendi, tunc cum perſona extinguitur priuilegium: vt ff.ſol.matr.l.maritum,& l.ſeq.& de re iudica.l.ſciendum.& l.fideiuſſor.& §.ſi maritus.& C.de excu.mune.l. ſordidorũ.lib.x.& ibi no. & de iur.immu.l.j.§.perſonis. & hîc. Aut verò perſona eſt cauſa remota, & alia proxima.& tunc priuilegium nõ extinguitur cum perſona: vt ff.de integ.reſt.l.non ſolũ.& de min l.minor annis.§. ſi.& l.ſequẽ.& C.de temp.in integ.reſti.pet.l.ea quæ.ad
6 Velleian.l.hæredes. ¶ † Secundo caſu, ſcilicet quando conceditur rebus, tranſit ad ſucceſſorem in eãdem rem, ſiue ſuccedat titulo vniuerſali, ſiue titulo ſingulari:vt ff. de aqua quo.& æſti.l.j.§.permittitur.& de cenſi.l.ætatẽ.

ebſtat etiam.& per Alber.de Roza.in opere ſtatut.in j.parte.q.x.& Bal.in l.Gallus.§.quidam rectè.col.vlt.verſi.ſed quid in dubio.ff.de libe.& poſthu.& Bar. in diſputa.ſua incip.Piſanæ ciuit.col.vj.& Bar.& ibi ſingu.Alexan. de Imo.l.j.§.fi.ff.de iure immuni.& Ang Aret.inſtit.de grad.§.v.grad.in fi.& Bal.in repet.c.ſi pat.de teſtamen.ſuprà eodem.lib.vj.char.

§.rebus. & arg.ff.de ſeruit.ruſti.præd.l.via.§.quæcunq;.

¶Tertio caſu quando conceditur generi perſonarũ,hoc expreſſo vel intellecto quòd ad poſteros trãſeat, ad ſuccedentes per lineam maſculinam:non autem ad deſcendentes ex fœminis tranſit:vt ff.de iure immu.l.j.§.vlt.& l.immunitates. & de mune.& hono.l.vacatio.

¶ † In quarto caſu, id eſt quando conceditur ciuitati vel 7
loco,cum ſemper idem populus videatur:vt ff.de iudi.l. proponebatur.ita cõcedi videtur quod ad omnes in eadem ciuitate vel loco ſucceſsiuè habitãtes perpetuò extendatur:vt de cenſi.l.forma.§.quanquam.

¶Quinto caſu ſcilicet quando conceditur cauſæ, vt eſt videre in cauſa depoſiti, & ſimilibus, non extinguitur cum perſona,ſed tranſit ad ſucceſſores: vt ff.eodem.l.in omnibus.& l.priuilegia.Dyn.

## In reg.Semel malus.Argumenta.

1 *Calumniatus in prima accuſatione,præſumitur calumniari in ſecunda.*
2 *Malus ſemel,præſumitur malus ſemper.*
3 *Bonus quilibet præſumitur,niſi contrariũ probetur.et nu.5.*
4 *Status rei præſens verus vel præſumptus attenditur.*
6 *Poſteriora prioribus derogant.*
7 *Immutabilia quæ dicantur per naturam.*
8 *Malitia eſt perſonæ eam committentis annexa.*
9 *Motum malorum continuatio conſiſtit in animo.*
10 *Poſſeßio auferri poteſt alterius facto.*

## REGVLA VIII.

SEMEL *malus ſemper præſumitur eſſe malus.*

¶EXEMPLVM huius regulæ ſummi poteſt ex
l.ſi cui.ff.de accuſa.§.iiſdem.vbi dicitur,ꝙ † qui calum- 1
niatus fuit in accuſatione prima,calumniari preſumitur etiam in ſecunda. Idem ex l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re mili.vbi dicitur quòd ſi miles malè ſe habet in militia,non eſt ei plus credendum : quia non eſt veriſimile
quòd in futurũ bene ſe habeat.† Ex quibus legibus pro- 2
greditur iſta generalis regula, ꝙ ſemel malus a ſemper A
præſum

A Adde,an ſemel malꝰ ſemper preſumitur malus.Bar.in l.ſi cui.§.iiſdem.col.ij.verſi. venio ad ſecũdam partẽ.ff. de accuſa. & intellige quòd malus præſumitur malus in eod. gen. mali.ſecundum Bart.in l. Caſſius.ff.de ſenat. & vide Bart. in l.ſi priùs.in iij. & v.opinio.iij. partis.ff.de no. oper.nuntia. & Bal.in l.fi.ff.de hæred. inſtit.& Alex.in conſi.v. col.iij. in pri.j. col.& tex.& ibi Bart. & Ioã.de Plat.in l.Athletas.C.de Athle. lib.x.facit quod not.Bal.in ca.j. de feud.dato in vicem l.cõmiſſ. & Innocẽ. in c. ſuper his.de accuſa. & ꝙ voluit gloſ.iuncta theorica. Abb. Sicu.ibi in c.ꝑpoſuit.de cleri. excom.miniſtr. vbi not.ex illa gl. quòd ſemel excõmunicatus preſumitur ex-



communicatus,niſi probetur abſolutus.de quo per Alexan.in addit.ad Bal.in l.ex perſona.C.de proba.limita hanc regulam ſecundum Andr.vulgò. Barba.in c.teſtimonium. de teſt.in fi.& Andr. Corſet.in ſuis ſing.in litera,præſumptio.quòd ſi aliquis fuit ſemel ſuſpectus & malæ vitæ,licet de facili non præſumatur mutatio vitæ de malo in bonum,ſi poteſt probari quòd iſte qui olim fuit malæ vitæ nunc per tres annos continuos ſeu à tribus annis citra, probetur fuiſſe bene cõuerſus & bonæ vitæ,ꝙ præſumitur purgatꝰ, & emendatus. & per hoc ceſſabit ſiniſtra ſuſpicio mali.elegans eſt tex.in authen. de monachis.§.hic autem.verſic.facit. & ibi Ang.& expreſſe tenet Lud. de Roma. in conſi.ccxxxv.col.ij.vbi dicit,quòd propter deſiſtentiam ab iniquo viuendi genere, reuerſionem ad bonum quis fingitur nouus homo,adeo quòd fingetur nunquam fuiſſe talis qualis erat tempore malæ vitæ.vt cap.ferrum l.diſtinctio. quod no.& idem tenet Felyn.in c.cum deputari.in prin.de iudic.& Ioan. Fab.in inſtit. de inoffic.teſtam.verſic.ſcortis.& Card.Alexan.in c.leges.col.vlt.liij. diſt.per text.& glo.in cap.Conraldus.xvij.quæſtio.ij.adde Bald. hîc in conſi.lxxix. col.ij.verſicu. præſumitur.vol.iij.& Bal.in l.j.ff.de magiſt.conue. quãdo ex præſenti paupertate quis præſumitur retro pauper, & ſit facienda præſumptio de præſenti ad præteritum.vide Bar.& pulchrê ibi Bal.& Alexã.in addit.ad Bart.in l.ex perſona.C.de proba.& Bal.in l.ſiue poſsidetis.eo.tit.& Bal.in l.non ignorabit. C. ad exhib.in l. ſi quis.& ibi Alex.in addit.C.de adult.& per Bal.in conſi.lxviij.verſ.nam quando. lib.j.& Ang.Aret.& Iaſ.in §.ſic itaq;.col.iij.inſtit. de actio. & etiã præſumatur in futurum.vt no.Bal.in l.iij.C.ſi vendi.pig.aga.Et an ex vnico actu iudicetur quis malus vel bonus.Ioã.Fab.in §.cumq; Deo.col.ij.inſtit.in proœ.& ibi Ang.Aret.& per Bart.& Doct.s.in locis allegatis.Et bonus ſemper præferatur malo emendato.vide Fely.in c.eam te.col.viij.ver.limita.iij.adde Abb.Sicu.poſt Doct.in c.cum inter canonicas.col.iiij.de elect.& Spec.de præſump.§.iij.verſ.pen. & aliquid per Bal.& Doct.in c.ſi.de præſum.& Cy.in d.l.ſiue poſsidetis.& Bal.in l.Caſsius.de ſenato.& Fely.in d.c.ſi.de præſum.& in d.c.teſtimonium.col.xj.ver.in gl.in verbo, emendatus.de teſtib.& omnino hîc Pet.de Anch.& Philip.Fran.& Saly.in l.ſi minorem.C.de in integ.reſt.minor.& Pau.de Caſt.in l.qui iuraſſe.§.fi. in fi.ff.de iureiuran.Et Alex.de Imo.in conſi.xlvij.col.v.ver.& ſi diceremus.lib.j.& Bal.conſ. cij.verſi.non obſtat.lib.iij.& gl.Arch.& Card.Alex.in c.multis. xliij.diſt. & vide Alex.in l.j.col.vj.verſ.ſimiliter.ff.ſi cert.pet.& Fely.in c.cum in iure.col.j.in prin. de offic.deleg.vbi ponit quinq; limitationes ad regulam : quæ vult quòd quilibet præſumitur bonus.& Hippol.in ſingu.lxxvij. Ego puto ꝙ voluit allegare Hippolitum de Marſil.ſing.lxxiiij.incip.tu habes regulã vulgariſsimã. dixi in apoſt. ad Bal.in l.non ignorabit.nu.5.verſic.vnde ſemel inimicus. in verb.ſemel hæreticus.C.ad exhib.de quo vide omnino Fran.Aret.in l.ſubſtitutione. col.v.verſi.ſed contra præmiſſa.ff.de vulg.& pup.& Barth.Socin.in ſuo tract.fallen.regu.xxxix. vbi ampliat & limitat hanc regulam.& Alexan.de Imo.conſi.v.col.iij. volu.j.

præſumitur malus.& huius regulæ:& exemplorum eius ratio eſt generalis,quia de præterito præſumitur in preſenti.C.de proba.l.ſiue poſsidetis. & ad exhi.l.nõ igno-
3 rabit. ¶Sed contra regulã & exempla, videtur præſum-
A ptio iuris & naturæ:quia † quilibet præſumitur bonus a,

A Bonus. Fallit quando agitur de præiudicio tertij.Philip.Decius. c.Prudentiã. col.vij.de offic.deleg.conſi.cccccxxviij.nu.3.quibus in locis in Annota.dixi.Andr. Alciat.tracta.de præſumptio.Reg.iij.præſumpt.ij.nu.2. C.M.

niſi probetur malus:vt C.de inof.teſt.l.omnimodo.& ff.de leg.ij.l.cum
quidam.& l.cùm pater.§.rogo.& de præſumpt.c.dudum. Sed dic quòd
accidens naturæ contrarium, remouet effectũ præſumptionis naturæ:
& ideo ex tempore accidentis naturæ contrarij ſemper iudicari debet,
tanquàm cõſtitutus in quaſi poſſeſſione malitiæ quæ procedit ex illius
malitiæ actu,accidentis naturæ contrarij.† Quia quælibet res ſecũdum 4
præſentem ſtatutum verum,vel ex precedentibus vel præſentibus præ-
ſumptum iudicatur:ſiue ſit accidens naturæ cõtrarium,vt ſeruitus:vt ff.
de libe.cau.l.ſi cui.§.licet.& l.liberis.§.pen. C.de ſer.expor.l.moueor.
& de ingen.man.l.pen.& s.de ſent.excom.ſi iudex lib.vj. Siue accidens
ſecũdum naturam:vt ætatis incrementum,& libertas perſonæ:vt ff.de
mino.l.minor.xxv.ann. adito præſide ex aſpectu.& C.de teſta.l.j.& de
ſenten.l.ſi arbiter.& inſtit.de teſta.§.teſtes. Siue præter naturam,vt di-
gnitas,& conditionis perſonæ vilitas: vt ff.de offi.præto.l.Barbarius &
loca.l.ſi ignorãs.& de iniuriis.l.item apud Labeonẽ. §.ſi quis virgines.
† Sed oppo. ꝙ ſi naturæ præſumptio ſit, quælibet bonũ eſſe vt dictum 5
eſt: præſumptio autem malitiæ procedit ex actibus naturæ contrariis.
ergò magis ſequi oportet præſumptionẽ naturæ,quàm naturæ contra-
riam:quia veriſimilior eſt, & in dubiis veriſimiliora ſequenda ſunt:vt
j.e.inſpicimus in obſcuris.& ff.ea.l.ſemper in ſtipulationibus.& de te-
ſtibus.l.ob carmen.§.ſi teſtes. † Sed dicendum videtur quòd poſteriora 6
prioribus derogant:vt ff.de adim.leg.l.iij.§.vlt. & de iu.codic.l.diui.§.
licet.& ideo potius ſtandum eſt præſumptioni cõtra naturam ex poſte-
rioribus procedenti,quàm præſumptioni naturæ precedentis. Item op-
ponitur, ꝙ ſi de natura eſt quemlibet bonum eſſe, ergo eſt immutabi-
le:vt inſtit.de iure natu.§.ſed naturalia. & ff.de capi.dimi.l.has obliga-
tiones.ergo per actus ſubſequentes non eſt poſsibile tolli.† Sed dicen- 7
dum videtur ꝙ quædam procedunt ex neceſsitate, ſeu ex quadã neceſ-
ſaria cõſtitutione iuris naturalis, & illa ſunt immutabilia, vt in contra-
riis.quædã verò ex præſumptione:vt aliquẽ bonũ eſſe. & illa tolluntur
per facta cõtraria præſumptioni naturæ:quia in incertis nõ certis locus
eſt coniecturis:vt in l.continuus.§.cũ ita.ff.de ver.obl. Item opponitur,
ꝙ qui olim fuit in poſſeſsione, vel quia alicuius rei,nõ præſumitur eſſe
hodie.vt plenè determinatur.C.de prob.l.ſiue poſsidetis. ergo qui fuit
olim in actu quaſi poſſeſsionis malitiæ,non debet præſumi eſſe hodie.
† Sed dicendũ eſt,ꝙ malitiæ vitium cõnexum eſt perſonæ cõmittentis
malitiam:& ideo præſumendũ eſt ꝙ ſemper concomittetur perſonam:
poſſeſsio autẽ alicuius rei non cohæret perſonę.Et ideo non præſumẽ-
dum eſt perſonã concomitari:ſed cõtra hoc eſt, quia etiam alicuius rei
poſſeſsio vel quaſi perſonæ cohæret:quia animo cũ corporeo actu quæ-
ritur.ff.de acq.poſ.l.iij.ij.rñ.& l.quemadmodũ. & animo ſolo retinet,
vt in ea.l.iij.§.in amittẽda.& l.clàm poſsidere.§.quid ad nũdinas.& l.ſi
id quod.



id quod.§.ꝙ autem.quare ergo magis præſumitur animi perſeuerantia
in cõtinuatione malorũ morum,quàm in cõtinuatione poſſeſsionis vel
quaſi alterius rei:& ſi dicatur ꝙ poſſeſsio & quaſi poſſeſsio cõſiſtit in re-
9 bus ſeparatis à corpore poſsidẽtis & quaſi poſsidẽtis.† Cõtinuatio verò
malorum morum conſiſtit in animo vitioſi. Tunc ego dico quòd ius
poſſeſsionis vel quaſi conſiſtit in animo vt d.§.in amittenda.in princ.&
C.de acq.poſ.l.licet.Licet res poſſeſſa & quaſi poſſeſſa extra corpus &
animam diſcernatur. Item & vitium conſiſtit in animo: vt l.ob quæ.§.
animi.ff.de ædilitio edicto, redhibitoria act.de homine tamen præſu-
mitur per actus extrinſecos & extra animum declaratos: vt C.de iniu-
riis.l.ſi non conuicij.& de ſicar.l.j.& de tuto.& curat.dat.ab his qui.l.is
qui.§.diuus Pius.& argu.de condi.inſtitut.l.quidam.¶ Sed mihi videtur
10 quod ratio ſit: † quia poſſeſsio auferri poteſt facto alterius, etiam ſine
concurſu ſpontanei animi poſsidentis,vt patet ff.de vi & vi arm.per to-
tum.ideo de præterito non præſumimus in præſenti. Vitium autem ani
mi auferri non poteſt per aliũ, ſine corruptione animi delinquentis:&
ideo ſemper præſumitur cõtinuata quaſi poſſeſsio in exiſtentia malitiæ
ſi contrarium non probatur.& ad hoc tendit huius regulæ cõcluſio.Dy.

## In reg.Ratum.Argumenta.

1 *Ratam habens vulnerationem clerici,non eſt ob id excommunicatus.*
2 *Pater non tenetur gerenti negotia filij per ſimplicem ratihabitionem.*
3 *Ratum habere non poſſum,quod meo nomine non eſt geſtum.*
4 *Errans in ratihabitione non præiudicat ſibi in ſuo iure.*
5 *Error communis an impediat dominij translationem.*
6 *Debitorem ſe credens dominium pecuniæ transfert quam tradit, quam tamen condictione indebiti recuperabit.*
7 *Vendens rem meam ſuo nomine quando mihi ad pretium teneatur.*
8 *Locupletari cum aliena iactura non debet, qui cauſam nõ lucratiuam habet.*
9 *Vendens rem alienam quando ad pretium teneatur.*
10 *Pater vel dominus quando ratihabitione tenentur ex cõtractu filij vel ſerui.*
11 *Seruus in contrahendo domini perſonam repræſentat.*
12 *Pater quando teneatur de contractu per filium inito.*
13 *Hæres an poſſit habere ratum quod nominis defuncti eſt geſtum.& nu.15.*
14 *Hæres eadem perſona cum defuncto fingitur.*
15 *Prælatus an teneatur ratum habere,quod geſtum eſt prædeceſſoris nomine.*
16 *Prælatus in dubio eccleſiæ præſumitur quæſiuiſſe.*

## REGVLA IX.

RATVM *quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.*

1 ¶ † Si vulneraſti vel occidiſti clericum nomine tuo, & ego cuius no-

mine factum non fuit ratum habui, non ſum innodatus vinculo excõmunicationis:quia quod meo nomine non eſt geſtum, ratum habere non poſſum.[a] vt ſ.de ſentent. A
excommuni.cùm quis.lib.vj. Aliud autẽ exemplum traditur de iure ciuili:† Pone ꝙ geſsiſti negotium filij mei, 2
contemplatione ipſius filij licet habeã ratum, non propterea teneor tibi,niſi eo modo quo tenerer ſi ratũ non haberem:id eſt ad quantitatẽ peculij.quia quod meo nomine non eſt geſtũ non poſſum habere ratũ.ff.de nego. geſt.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ibi, nã & ſi ſeruũ.&c.Itẽ pone ꝙ filius meus rogauit rem precario nomine ſuo,licet ratum habeã,nihilominus teneor interdicto de precario peculiotenus,ſicut tenerer ſi ratũ non haberẽ.eadem ratione,† quia nõ meo nomine geſtũ, non poſſum habere 3
ratum.vt ff.de precario.l.ſi ſeruus.eadẽ ratione dici poteſt,ꝙ ſi occidiſti hominẽ nomine tuo, & ego habeo ratum,nõ teneor:vel aliud cuiuſcũq; generis delictũ cõmiſiſti,vel contractũ celebraſti nomine tuo,& ſi ego habeo ratum, nõ teneor:quia quod nomine meo geſtũ non eſt non poſſum habere ratũ,[b] vt propterea propter ratihabi B
tionem ſim obligatus,vel poſsim agere contra aliũ.vt in hoc c.& l.præal.& arg.à cõtrario ſenſu ſumpto.ff.de calum.l.ij.in fin.Quid ergo ſi rem meã vendidiſti nomine tuo,& pretium percepiſti,& ego habeã ratum,quid operabitur ratihabitio? videtur ꝙ nihil,ſecundum rationem

A Adde an in delictis habeat locũ ratihabit.vide in ſequenti regula, & quæ ibi dico.& Bal.in l.quid ergo.in priuc.ff.de his qui not.infa.& in l.j.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.nõ obtem.& Pau.de Caſt.conſi.cclxxij.& Lud.Bolog.in l.j.§.quoties.in ſecundis interpræt.ff.de vi & vi arm.& Docto.in c.cũ quis.ſ.de ſent.excõ.eod.lib.& Ange.Aret.in tract.Maleficiorum.in glo.Sempronium mandatorẽ.verſic.nunc quindecimo.& ibi in addit.per Auguſti.& Bern.Landrianũ, & Alb.de Gãd.in trac.Maleſi.titul.de furib.colum.iij.verſic.ſed pone ꝙ aliquis meo nomine, vt dicit,fecit furtum &c.vbi limitat ratihabitionem nõ habere locũ in delictis quæ nõ poſſunt per alium explicari:vt adulterũ & ſimilia perſonæ cohærentia vide Frã.de Aretin.in conſi.clxv.

B Adde ad iſtã regulam.& no.per Dyn.Bar.& Bal.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de nego.geſt.& Bar.poſt gl.C.ſi vna eadẽq; cauſa.Inno.in c.Meſſana.cum ſeq.de elec.& Bal.omnino.in l.ei qui.& ibi Salic.C.quod cũ eo qui in alie.pot.& in l.j.eo.tit.& Bal.in l.j.C.qui admit.ad bono.poſ.per glo.& Bar.in l.j.C.de his qui à non domino ma.& in l.mater.C.de rei vendi.& in l.ſi eũ ſeruum.ff.ſi certũ pet.& ibi Alex.& Lud.Bolog.& ſingulariter Lud.Bolog.in l.ſicut.§.vẽditionis.ff.quib.modis pig.vel hypot.ſol.in primis interpret.& Bald.in l.venditioni.C.de vſuc.pro emp.vide glo.quã facit.& ibi Bal.in ſingulari.& Ludo.Bolog.in l.ſi maritus.C.mandati.quod in caſibus in quibus requiritur ſpeciale mandatum non ſufficit ratihabitio, nec poteſt quis habere ratum.pro quo facit gloſſ.in l.Paulus.ff.de acquiren.hæredi.& vide per Oldr.conſil.cxcix.colum.vlt.in princip.& Alexan.de Imo.in conſil.lxxviij.in fin.volum.iiij.& in conſi.xlvj.& pulchrè.Felyn.in cap.cauſam.colum.vlti.de iudic.& an nullum poſsit haberi ratum,vide latè Inno.in c.prudentiam.de offic.deleg.& Franc.de Aret.in conſi.cxxviij.

iſtius



4 iſtius regulæ,quia nõ nomine meo geſtũ &c.† ſed dicunt quidam,& benè, ꝙ ſi habui ratũ quaſi vendideris nomine meo,cũ vendideris nomine tuo,& tũc nihil præiudicat mihi.quia videor in cauſa ratihabitionis erraſſe, & propterea nõ conſenſiſſe.vt C.de iuris & fac.ign.l.cũ teſtamentũ.& l.non ideo.ſed ſi ratũ habui,quia vendidiſti nomine tuo,nõ habiturus ratũ ſi ſcirem me pretiũ petere non poſſe,ratihabitio nõ inducit actionem nego.geſt. quia nomine meo non eſt geſtum.vt dicto §.ſed ſi ego. facit tamen me dominium perdere.vt C.de rei vendic. l.mater.agam tamen contra poſſeſſorem:ſed ſi excipiatur de ratihabitione,potero replicare de dolo.argumen.
5 ff.de pactis.l.ſi cum te.in princip.† tamen contra hoc.videtur manifeſte, quia iure cauetur quòd error cauſæ nõ impedit tranſlatione dominij.vt ff.de acquiren.rerum domin.l.cum in corpus.Item alio iure cauetur, quòd fal
A ſa cauſa & falſa demonſtratio non vitiat legatum.[a] ff.de condit.& demonſtr.l.demonſtratio.in princ.& l.falſa.in prin.nec ergo debet impedire confirmationẽ dictæ ven-
6 ditionis.† Item quia iure cauetur,ꝙ ſi trado rem ſeu pecuniam credens me debitorẽ,cùm non ſim,transfero dominium,& datur condictio indebiti.vt per totum titu.de condict.inde.ff.& C.ſed dicendũ de rigore iuris dominiũ transferri.verùm quia error probabilis nõ debet erranti nocere : ideo contra poſſeſſorẽ excipientem conceditur replicatio doli : vt d.l.ſi cum te.quia non erat ratum habiturus,niſi credidiſſet ſibi cõpetere per ratihabitionem actio neg.geſt.ad pretiũ.& ideo meritò datur replicatio: quia & in legatis falſa cauſa vitiaret legatũ, ſi teſtator aliàs legaturus nõ foret.vt ff.de condi.& demon.l.cũ tale. §.falſam.arg.de hæred.inſti.l.ſi.ſed opponitur & videtur quòd venditionẽ rei meæ licet non meo nomine factam ratam habere poſſum, & per ratihabitionẽ competit mihi actio negotiorũ geſt.vt C.de rei vendic.l.mater.& de rebus alie.non alie.l.j.ff.de neg.geſt.l.ſi.& ſi certũ pet.l.
7 ſi eum ſeruum.† Sed dicendũ,quòd aut ille qui vendidit rem meã nomine ſuo & pretiũ percipit,habebat cauſam

& Cardin.Alexand.in c.regula.xvij.diſt.in fin.etiam Bald.in conſilio xcvj.in fin.lib.j.& in conſi.cviij.ante finem.& conſilio clxxxix.eodem libro.& vide Baldum in conſilio ccxix.in ver.ſed videndum.& in conſilio ccx.eodem libro.& in conſilio cc.col.ij.eod.lib.& Bar.in l.Pomponius.& in l.ſi.ff.de neg.geſt.

A Adde Bartolum & Alexand. Bartholom. Socinum in l.demonſtratio.§.quod autem.ff.de cõdition.& demonſtr. Barto. Ioan. Fabr. & Angel. Aret. in §.huic proxima.cum §.ſequent. inſtitut. de leg.& Bald. l.j.colum.vltim.C.de falſa cauſa.Deciſ.Capell. Tholoſa. ccccxiij.

Adde de hoc, quæro ſcilicet an & quando falſa demonſtratio vitiet legatum.gloſſ.in l.ſi ſic.§.ſi mihi.in verb.demõſtrationem.& quod ibi dixi in apoſtil.in verſic.non nocet legato.ff.de leg.j.dixi etiam in apoſtil. ad Barto.in l.cum quidam.in verſicu.legatũ non vitiat.ff.de legat ij.

 à me,

A Adde Bald.Bart.& Alexand.col.iij.ver.in ea.gl.ff.Iaſ.& Doct.Moder.in l.ſi eum ſeruum.ff.ſi certum pet.Cyn.& Bal.in l.mater.in iiij.oppo.& q.j.C.de rei vend.& glo.Docto.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de nego.geſt.& gloſſ.& ibi Bald.in fi.in l.j. C.de rebus alie.non alien.

B Quod meo nomine nó eſt geſtũ. Adde Bar.omnino in l.bonorũ.ff.rem ratã haberi.& Felyn. in c.prudentiá. col.pen.ver.nũquid vnus poſſit habere. extrà de of.deleg.

à me,aut ab alio,aut à nullo:ſi habebat cauſam à me,cõ-
petit mihi actio ad pretiũ etiam re non extante: vt ff.
de condi.indeb.l.ſi non ſortem.§.libertus.& in l.in ſum-
ma.§.ſi ſeruum.ſi ab alio, aut habebat cauſam lucratiuã,
aut non lucratiuam:ſi non lucratiuam, etiam re peremp-
ta non tenetur ad pretium, niſi culpa vel mora ſua in-
terceſſit.ff.de rei vend.l.Iulia.ſcribit, ſi hominẽ.† Ratio 8
autem eſt: quia quando habet cauſam non lucratiuam,
non videtur locupletari cum aliena iactura:quia tantum
ſibi abeſt quantum adeſt.arg.inſtit.de leg.§.ſi res aliena.
& ff.de legat.j.l.planè.§.quòd ſi rem eandem.ſed ſi ha-
bebat cauſam lucratiuam,tũc in ſubſidium,id eſt re per-
empta vel præſcripta tenetur mihi ratum habenti ad pre
tium præceptum actione nego.geſt.vt de neg.geſt.l.fin.
& ſi cert.peta.l.ſi eum ſeruũ.In tertio caſu,[a] ſcilicet quã- A
do à nullo habet cauſam re extente, & ſi ratũ habeo nul
lo modo tenetur: quia quod meo nomine nõ eſt geſtũ [b] B
ratum habere nõ poſſum:ſed conſulitur mihi cõtra poſ-
ſeſſorem ad rem in ſubſidiũ:tamen re perempta vel præ
ſcripta conſulitur mihi ratum habenti ad pretiũ perce-
ptum act.neg.geſt.vt ff.de neg.geſt.l.vlt.& C.de rei ven
di.l.mater.& de reb.alien.nõ alie.l.j.& hoc† ſi is qui ven 9
didit erat bonæ fidei poſſeſſor:aliàs tenetur ad iuſtũ pre
tium,& nõ liberaretur ſoluẽdo acceptũ:vt ff.de pet.hæ-
redi.l.ſi poſſeſſor.§.fi.Item contra exẽpla in prin.poſita,
& cõtra verba regulæ videtur: quia l.cauetur† ꝙ ſi pater 10
vel dominus ratũ habet contractũ à filio vel ſeruo cele-
bratum.obligatur inſolidũ:[c] ff.quod iuſſu.l.j.§.ſi ratum. C
& de in rem ver.l.ſi res.§.pen.ergo ratum habere poteſt
quod nõ ſuo nomine geſtum eſt.& aliter obligatur:quia
ſi ratum nõ haberet,teneretur de peculio tantùm & ratũ
habendo teneretur inſolidũ.Solut.dicũt glo.iuris ciuilis
ꝙ aut aliquis habet ratum contractũ ſerui vel filij, & tũc
tenetur inſolidum.vt d.§.ſi ratum.cum d.l.ſi res.§.quod
ſeruus.aut habet ratũ contractũ vel quaſi ab alio celebra
tum nomine filij vel ſerui:& tũc ratihabitio nihil opera
tur:vt in d.l.ſi pupilli.quæ ſolutio tolli poteſt per l.ſi ſer
uus.

C Adde quando pater vel dominus ex contractu filij vel ſerui teneatur inſolidum. glo. Bald.& Salic.in l.ij mandator. C.quod cum eo qui in alie.pot. & l.dominum eo.tit.& gloſ.& Doct.in l.j.§.ſi ratũ.ff.quod iuſſu.& Io.Fab.in §.fina. inſtit.de oblig.& in §.actiones de peculio.& ibi Angel. Aret.col ij.verſi.& pro euidentia.& ibi Iaſon de May.in princip. de act. & Angel. Aret. in §. præterea. & ibi Ioan. Fab. inſti.quod cum eo qui in alie. poteſt.eſt & Ange. Areti.in §. ſi nautem per procurato. colum.vlti.verſic. vnde Barto.inſtitu.de ſatiſd. & Dynus Bartolus Baldus &



galice in l.fina.§.vbi autem.C.de bonis quæ liber.& Bald.& Ludo.Beleg.in ſecundis interpret.in l.prætor.§.ſed ſi filius.ff.de eden.& Doct.in l. tam ex contractibus. ff.de iudic.

A Adde text.Io.Fab.& Angel.Aret.in §.cum autem.inſt.de hær.quæ ab in teſt.& idem in l.fi.C.de impub.& aliis ſub.& per Iaſ.in §.actiones autem.in prin.inſt.de ac.

uus.ff.de prec.nam ibi contractus precarij celebratus e-
rat ab ipſo ſeruo.& tamẽ dominus ratũ habens tenetur
de peculio tantũ. Sed dici poteſt à volentibus ſolutionẽ
illã ſuſtinere,ꝙ in l.ſi ſeruus.tex.non exprimit ꝙ domi-
nus ratũ habuerit, licet ſuppleatur per gl.& ideo rema-
net valida ſolutio prima. ad cuius cõfirmationẽ accedit,
11 †quòd ſeruus perſonã domini repræſentat: vt ff.de opt.
A leg.l.ſi à Pãphilo.Itẽ filius repræſentat perſonã patris.[a]
inſtit.de inutil.ſtip.§.poſt mortẽ. & C.de impub.& aliis
ſubſtit.l.fi.& ideo ſi ratũ habuerit quod eſt geſtũ à filio
vel ſeruo ipſius filij vel ſerui nomine ratum habere vi-
detur illud quod quadam iuris præſumptione geſtum
eſt nomine ſuiipſius. ſed & per hoc ſi geſtum eſt ab alio
nomine filij vel ſerui, dici poteſt ꝙ ratum habere vide-
tur quod geſtũ eſt nomine ſuiipſius.& ideo deberet ob-
ligari per talem ratihabitionem, ſicut ſi ratum haberet
quod ſui patris vel dominij nomine geſtum eſſet. quod
tamen falſum eſt.vt dicta l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ibi, nã
12 & ſi ſeruum.† Et ideo verior ſolutio videtur, ꝙ aut ratũ
habet tanquam pater, aut tanquam alius, aut dubitatur.
primo caſu tenetur inſolidum:vt ff quod iuſſu.l.j.§.ſi ra
tum.& de in rem ver.l.ſi res.§. quod ſeruus. in ſecundo
caſu nihil operatur ratihabitio:vt ff.quod cum eo.l.ij.§.
ſi in tertio. idem, quòd nec operetur ratihabitio.ff.de
preca.l.ſi ſeruus. & præalleg.§.ſed ſi ego. Sicut aliàs di-
ſtinguitur.aut facit illud tanquã pater, vel tanquã alius.
vt ff.de adop.l.ſi pater.§.qui duos. Idẽ patet quãdo con-
uenitur pater nomine filij: quia eſt adminiſtrator legiti
mus.vt C.de bon.mater.l.j.releuat à cautione iudic.ſol.
C.de adminiſt.tut.l.fin.§.defenſionẽ.ſed quando defen-
dit filiũ tanquam alius, neceſſe habet cauere iudi.ſolu.
qui ſatiſd cog.l.filiusfami.& ita ſolet notari.C.de bon.q
B liber.l.fi.§.vbi autẽ.[b] & facit ad prædictam ſolutionem
confirmandã.ff.ſol.matrim.l.ſi verò.§.item quicquid.&
13 de acquir.hæred.l.ſi quis nõ.cũ multis ſimilibus.† Quę-
ri autẽ poſſet & debet an hæres poſsit habere ratú quod
geſtũ eſt nomine defuncti? & ſi cõſideremus veritatem,

B Adde, an pater teneatur cauere de rato, vel iudica. ſolu. agendo vel defendendo nomine filij, vide Cyn. in d.l. fi. §. vbi autem.C.de bon.quæ libe.& ibi Bart.& Alex. in addit. & Sali. qui allega. hic Dyn.Baldum.& Bart. in l.filiuſfam.& ibi Paul. de Caſt. & Alexand.ff. qui ſatiſd. cog.& Ioã. Fab. in §. codẽ. & Angel.Areti. in §. ſi nautem. col.iij. inſtit. de ſatiſdat. tut. & Ange.de Peruſ. in d.l.fina. §.vbi autem. vbi vide per Docto.quid in aliis adminiſtratoribus, & tutoribus.

Tu conclude quòd præſtatur cautio rati per patrem agentem & defendẽtem filiũ. vt plenè notat Bart. in alleg.l. filiuſfam & ibi poſui in addit.ff. q ſatiſd.cog.vbi plenè examino húc articulum.

A Adde Bar. in l. bonorũ. ff. rem ratã haberi. qui refert & ſequitur Dy. de quo vide tex. & ibi Bald. & Saly. in l. ab vno. C. de neg. geſt. & Bart. in l. ſi quis offerẽti. §. j. ff. de ſol. & in l. ſi is cui. ff. rem ra. haberi. & an eo ipſo quòd quis ſuccedit vẽditori, videatur habere ratam venditionem per defunctum factam, vide Alexan. conſilio xcij. col. ij. & lib. v. & plenè per Barto. in l. cum virum. ff. de vſucap. & in l. ij. C. ſi in fraude patro. Cyn. Bald. & Salicet. in l. cùm à matre. C. de rei vẽ. & Ioann. And. hic in Nouel. & Domin. de Rozat. deciſ. ccxxiij. in nouis. tit. de locato & cõduc. & quæ dixi in §. iij. colũ. xj. & in addit. de conſuet. retract. libro Cõſuetu. Biturigum.

B Adde Bart. in dicta l. bonorum. & in l. ſi is cui. ff. rem ratam haberi. Et an geſta nomine vnius canonici poſſint rata haberi per canonicum qui ei poſtmodum ſuccedit, vide ibi Bar. & Innc. & Doct. in cap. qđ ſicut. de elec.

C Adde, an acquiſita per clericum ſeu prælatũ, vxorem, tutorem, officialem præſumantur quæſita de bonis eccleſiæ, mariti, pupilli, vel ex officio. Lud. de Roma. in conſil. cxlix.

id eſt, quòd verè eſt alia perſona, iuxta verba regulæ, nõ poterit habere ratum. Item quia iure cauetur expreſſe, quòd bonorum poſſeſsionem petitam nomine defuncti hæres non poteſt ratam habere. vt ff. de bon. poſſeſ. l. iij. §. acquirere. in fi. & ff. rem ratam haberi. l. ſi is cui. & l. bonorũ. E contrà videtur ſi conſideremus fictionem iu-
A Adde an ſit bona argumentatio de contractibus ad vltimas voluntates. Dy.& Imo.in l.eū qui chirographum.alleg.hîc per Dy.& Ange.Aret.inſti.de lege Fuſia cani.tol.& Iac.Butr.& Guli.de Cug.in l.pactū inter hæredē.ff.de pact.& Bal.in l.conuenticulam.col.iij.C.de epiſc.& cler.& ibi vide in quibus ſit argumētatio multum notabiliter.& Alex.in l.j.§.huius.xxj.& xxij.colū.ff.de officio eius cui manda.& Lud.Bol.in l.ſi procuratorē.§.ſi ignorantes.in ſecundis interpre.ff.mandati.& Andr.Barb.in repetit.ca.Ray.fol.17.col.j.in fi.de teſt.& glo.in c.j.de col.in verſ.prouideatꝰ.col.j.fo.18.in Pragmat.Sanct.

B Adde quod in legibus condendis ſufficit generalis derogatio legū contrariarū.vt tenet Cyn.& ibi Bal.col.ij.verſ.ij.quæro.& ibi Pau.de Caſt.in l.humanum.C.de leg.& glo.in l.nuptialis.C.de nup.& in clem.eos.de ſepul.& ampliſsimè dixi in tract.de offic.& poteſt.domini leg.in Prancia.in j.q.

Adde ad propoſitum eorum quæ hic dicuntur Pan.in rub.de reſcript.nume.2.& quod ibi poſui in addit.ad eū.in verſic.cōtra ius.Fely.in c.nōnulli,



col.xij.verſ.ſecūda reg.eo.tit.Phili.Fran.in c.j.nu.ix.& ibi poſui in addit.ad ipſum in ver.contra.de conſti.ti.vj.plene per Pau.de Ca.conſ.liij.Alex.conſ.ij.vij.& viij.vol.v.& conſ.vj.vij.vol.ij.& dixi in tract.meo regularū.in ver.regula derogatoria.ver.v.& in verſ.non obſtantibus.verſ.xvij.& illic addes omnino Felyn.vbi ſuprà colum.vj.verſi.amplia ſecundo.

quis.§.quæſitum.&de iniuriis.l.item apud.§.hoc edictū.
& de publica.l.j.§.dixerit aliquis.& §.vnde quæritur. Ad
idē facit quod not.de flumi.l.quominus.& de appell.l.ſi
expreſsim.ſi ergo lex requirit,quod ſpecialiter ſe pœni-
tere dicat , videtur requirere ꝙ deſcendat ad ſpecialitatē
23 verborū, & à generalitate diſcedat. † Determinando vi-
detur dicendum, ꝙ ſi quis diceret ſecundū valere , forte
non erraret: qa in auth.de teſt.imperfec.§.& ſi quidē.nō
videtur requirere,ꝙ præcedens teſtamentum ſpecialiter
reuocetur,ſed videtur ſufficere expreſſa reuocatio , per
generalia , & per conditionalia verba,ſiue dubitatiua,&
nō aſſertiua, dum dicit hoc ipſum expreſsim ſignificāte:
qa ſi fecit quōdam talē voluntatē,non tamen eam vlte-
rius valere vult.tamē ego dicerē,ꝙ requiritur reuocatio
ſpecialis teſtamēti primi ſequētis derogatorij. vt prædic.
24 l.ſi quis.in princ.teſt.ibi,niſi ſpecialiter dixerit,&c.† Sed
ſi ſpecialiter reuocaret primū vltimi derogatoriū , non
eſt quæſtio ꝙ vltimum præualeret: quia non potuit ſibi
legem imponere à qua diſcedere non liceat.vt d.l.ſi quis
in princip.teſtamenti.Sed ſi non ſtaret in finibus vltimæ
A voluntatis, ſed tranſiret ad naturam contractus , [a] tunc
eſſet irreuocabilis.vt ff.de donat.cauſa mor.l.vbi ita do-
natur.quòd autem fieri poſsit illud in teſtamento quod
in contractu,patet de aſsignatione lib.l.j.§.aſsignare.&
not.de teſta.l. hæredes palàm.§.fin. Si ergo donaret vel
venderet hæredi præſenti vel eo abſente alteri pro eo
recipienti , ſub ea conditione ſi teſtamentum reuocari
contingat , habebit donatio,vel venditio,effectum irre-
uocabiliter in eum caſum, in quo teſtamentum reuoca-
ri contingeret.

A Adde,quòd Bartol.in l.ſtipulatio hoc modo.in prin.ff.de ver.ob.damnat hanc opi.Dy.in hoc quod dicit Dy.hic,ꝙ ſi teſtamentū trāſeat in contractū,valet ſi contingat me facere aliud teſtamentum,do vel vēdo omnia bona mea , &c.ꝙ teſtamento nō poteſt reuocari,hoc non placet Bar.quia talis donatio aufert liberam teſtamenti factionem.& videtur facta talis donatio in pœnā mutantis teſtamentum : & ſic tanquam contra bonos mores non valet.vt d.l.ſtipulatio.& ita dicit ibi Bar.Dy.conſuluiſſe . licet hic teneat contrarium,& opi.Barto.ſequitur ibi & tenet Bal.&Fulg.in l.cū duobus.§.idē reſpondet.ff.pro ſocio.& Bar.in l.adeo.eo.ti.&Bal.in l.ex teſtamento.C.de fideic.& in l.hæredes palā.§.fi.& ibi Ang.Imol.& inſuper illuſtri Doct.Frā.de Aret.col.iij.ver.ſed relinquitur.de teſt.&Bart.&ibi Alex.in additione incip.ſed ſi cōtingat.in l.ſi qs.in prin.de leg.iij.& Sali.in l.ſancimꝰ.C.de teſt.&pulchrè Ale.in d.l.ſtipulatio hæc.col.j.&iſta eſt cōmunis opi.quāuis Oldr.cōſ.cxiij.&Cy.in l.j.ver.vlt.C.de ſacroſanc.eccl.ſequūtur opi.Dy.hic & Cyn.

In l.cum antiquitas.C.de teſta.vide Alex.in addi.ad Bar.in d.l.hæredes palã.§.ſi.ſing.Lud.Rom.in cõſ.cexij.& And.Barb.in c.relatũ.de teſt.& Bal.in c.ij.col.ij.ver extra de feu.dato inuicẽ leg.com.Lud.de Rom.cõſ.clxxj.& Bar.cõſ. cliij.lib.ij.& in conſ.clxxx.e.lib.& Lud.Bolog.in d.l hæredes palã.§.ſi.de teſt.in ſecũdis interpret.

A Adde,tamen quod contra hanc æquitatem ſæpe ſtatuit rigor iuris ex cauſa,de quo vide gloſſ. ordin.j. q. iij.in ſumma.&xxiij. q.iij.in ſumma. Innoc.in c.grauis.& de ſen.excom.in ſi.& per beatum Thomã ij. ij. q. clxviij. art.vlt.& Hoſt. in ſũma de pœ. §.qui & quibus. & Oldr. cõſilio lxxvj. incip. an delicto. & Abb. Sicul. & Ioann. de Ana.in c.vergẽtis. de hæret. & ibi Fely.& latius in eius generale. col.pen. j.diſt. & Docto. ſ.in vlt.apoſtil. alleg. & in l. ſi quis in ſuo. §. legis autem. C. de inoffic.teſta. & Ang.in conſi. xcvij.

## In reg.Non debet.Argumenta.

1 *Mater non debet filium exhæredare propter delictum patris eiuſdem.*

2 *Exhæredatio legitimè facta de filio nepotem excludit.*

3 *Nepos ex filio exhæredato, non poteſt teſtamentum aui dicere nullum.*

4 *Nepos quando ad querelam ex perſona patris, & quando ex ſua vocetur.*

5 *Filius ob delictum patris non eſt vllo pacto plectendus.*

6 *Exhæredatio facta de filio nocet nepotibus & poſteris.*

7 *Delictum patris quondo noceat filio.*

## REGVLA XX.

NON *debet aliquis alterius odio prægrauari.*

¶EXEMPLVM iſtius regulæ ponitur C.de inoffi. teſta.l.ſi quis in ſuo.§.legis autẽ.† Vbi dicitur,quòd mater non debet exhæredare filium propter delictũ à marito eiuſdem filij patre cõmiſſum. a Item ff.de bo. poſſ. contra tab.l.iij.§.ſi emancipatus. vbi dicitur,quòd ſi pater exhæredat filium, propter cauſam ingratitudinis ab eo commiſſam,illa exhæredatio non debet obeſſe nepoti,qui cauſam ingratitudinis non commiſit,ſi aliquo caſu contingat inoffic.querelam ad nepotem deuolui. Sed videtur falſum eſſe, quod continetur in ſecundo exemplo,†quia exhæredatio facta legitimè de filio nepotem excludit, quia ſi inſtituo,vel exhæredo filium meum,nõ habeo neceſſe mentionem facere de nepote nato ex filio.ff. de liberis & poſthum. l. ſi quis poſthumos. §.ſi filium.& l.Gallus.§.in omnibus.& de coniug.cũ emãcip. lib.l.j.§.ſi pater in poteſtate.¶Reſpõdeo, b & dico verũ

B Adde, quando nepos præteritus poſſit ex ſua perſona vel ſui patris exhæredati teſtamẽto, aũt querelare, & dicere teſtamentũ nullum, ſiue filius pater nepotis ſit excluſus à querela, ſiue non.pulchrè Barto.in d.l. ſi quis poſthumos.§.ſi filium.ff.de lib & poſthum.Syn.& Salicet.in l.ſi quis filium,& ibi Bald.C.de inoffic.teſtam.& Barto.in l.ſi emancipatus.ff de bonor. poſſ.contra tab.& Alexand.in d.§.ſi filium.& ibi Bald.ad id quod Dyn.hic dicit, quòd in querela inofficioſi teſtamenti habet locum ſuccceſſorium edictum. vide Docto. Signorel. de Homedeis. Bened.de plumbi,& Angel.magiſtri Franc. in eorum re- eſſe



petitionibus.l.qui ſe patris.C.vnde liberi.& Angel. Aret.in §.placebat.inſtit.de legit.agn.ſucceſ.& Barto.& Docto.in rubr.C.de ſucceſſ. edict.& Barto. in l.in ſuis.in vltim.q.ff.de liber.& poſthum.& in l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſta. & in l. ſi pater filium.ff.de inoff.teſtam.

3 eſſe† quòd quandiu filius exhæredatus viuit, & poteſt ad querelam vocari, excluditur nepos ex eo natus. nec põt aliquo iure rũpere teſtamentũ aui,videlicet ſi ab eo fuerit præteritus.ex quo filius vixit poſt annũ. vt in præalleg.§.ſi filiũ.Sed ſi filius exhæredatus excluditur à querela per repudiationem tacitam vel expreſſam, nepos vocatur ad querelam ex vigore edicti ſucceſſorij quod habet locum in querela: vt ff.de inoffi.teſtam.l.ſi is qui.
4 & l.pater. †Item ſi filius exhæredatus, moritur antequã excludatur à querela, aut antè,aut poſt: ſi ante, vocatur nepos ad querelã ex perſona patris exhæredati. Si poſt, vocatur nepos ex ſua perſona, per edictũ ſucceſſorium. & ita debet intelligi præalleg.l.ſi quis poſthumos. §. ſi filium.& de cõtra tab.l.iij.§.ſi emancipatus.& de coniu. cum emancip.lib.l.j.§.ſi pater.& C. de inoffic. teſtam.l. ſi quis filium.& in authenti.vt cum de app.cognoſcitur.
5 §.ſi cõuictus fuerit.col.viij.† Itẽ clare patet exẽplum vbicunq; cauetur quod propter delictum patris filius puniri
A nõ debet, a nec aliqua macula filio infligi.arg.ff.de pœ.

A Adde,in quibus caſibus filius punitur pro patre, Bartol.& ibi Alexander in addit.in l.diui fratres.ff. de pœn. & Archidiac.in §.ſi ergo.in vlt. colũ. vij. q.i. & Bal. in l.ſi filiuſ famil. colum. vlti.ff.de his qui ſui vel aliẽ.iur. ſunt. & Cardi. Alexan. in cap. j.xxij.diſt.& an filio ad culpam delicta parentum imputentur text. & ibi Card. Alexã.in c.naſci. lvj.diſt. & puniatur pro parte pœna temporali vel æterna. vide gloſ.& Card. Alexã. in c. vndecunque. Card diſt.& Io. Andr.hic, & etiam Philip.Franc.& Paul.de Caſtr. conſilio ccccx.colum.iiij.in antiq.& Cyn.Bald.Salice.& Ang.in l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.& Ange.Aret.in §. ſed ſi quis.inſti.de ingenuis.& Bartol.in d.l.iij.de interd.& releg.& Dyn.in ſeq.regula.in fin.& Cepol.in caut.lxxx.& in cautel.cccx.vbi ponit,an filius poſſit conueniri pro debito patris.& etiam in cautel.cccxj.Econtra pater pro filio poſſit puniri,ſaltem reſpectu legitimæ.vide Felyn.vbi ſ.& ſingu.Bald. Imol.& Doct. Modern.in l.ex Cornelia.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Barto.& Imol.in l. cum filius. ff.de verb.oblig.& Bald.in l.j.C.ne filius pro patre.& Ange.Areti. in tract.de Maleſic. in gloſſ.dictum Sempronium.in q.vlt.& ibi in addit.per Modern.& Bald.in authẽ. ſi captiui.C.de epiſ.& cler.& Abb.in conſil.lvj.volum.ij.& ample per Fely.in c.cùm Bertholdus.colum.viij.& ix.de re iud. Et no.ſing. quæ mihi in curia ſpirituali Bituricenſi.de facto contingit.quia ſecundum ius commune vir lucratur dotem propter adulterium vxoris.vt l.conſenſu.C.de repud. & l.Lucius. & l. cum mulier. & ibi Barto.Bald.Alex.& Modern.ff.ſol.matr.& c.plerũque.& ibi gl.Abb.& Præpoſ. Mediol.de dona.inter virum & vxo.modo pater dotem pro quadam eius filia dedit quæ adulterium cõmiſit:vtrum pater priuetur dote propter adulteriũ filiæ?Et videtur q; ſic,per tex.in l.ſi dotem.& ibi hoc tenet gloſ.C.de iure dot.& idem tenet Io.Calil.in conſ.j.col.iij.in fine tit.de donationibus inter virũ & vxorem. ſed Cyn, ibi,Io.Fabi,& Bal.in noua lectura.tenent contrariũ q; patri viuo delictũ filiæ non l.crim

præiudicat.& tenent Dyn.in l.ij.§.ſed vtrum.& Bart.in §.volũtatem.in prin.ff.ſol. matri.& Bartol.& Ang.in §.eſt quoque.in autẽ.de nup.col.iij.per text. celebrem. & gl.ibi.& in auth.econtra.& ibi Bart.C.de repud.Et idem eſt dicendum ſi mulier committens adulterium, habeat filios primi matrimonij, non applicabitur dos ſecundo viro. Iſtud eſt dictum aureum gl.in c.j.in gl.j.vt lite non conteſt.& Bal.in l. hac edicta. col. ij.C.de ſecundis nup. de quo dicto exclamat Flor. de ſancto Petro in ſua diſpu.quę incipit, primo viduata conſorte. Frãc. deCrema.in ſingu. ſuo lxxxvj. & vide quæ no. Bart. & Alexã. in additionibus. in fi.C.de adult. & quid ex delicto matris:vide Alexã.in l.adoptiuum.§.patronum.col.j.ff.de in ius voc. & quando filius priuetur feudo ex delicto patris, vide Bartol.in d.l.iij.de interdict.& releg. & in l.emancipatum.§.fin.& ibi Alexan.ff.de ſenat.& in d.§.patronum.Sed Ange.in d.l.iij.tenet quod priuatur filius, ſiue ſit paternum, ſiue auitum.de qua per Alexand. ibi in addition.adBar.& Bald.in l.ij.in vlt.q.C.de liber.& eorum libe.& in l.j.in princip.C.de cadu.tollen.& Bald.in conſil.cxviij.lib.j.& latius in conſilio cccxlix. colum.iij.verſ.ſupereſt. libro eod.& Alexand.conſilio ij.col.v.circa fin.lib.v.Abb.Sicul.in cap.ij.colum.iij.de feu. & in conſil.iij.colum.vij.volum.ij.& Bald.in l.j.C.de bonis quæ liber. Et an imperator propter delictum patris poſsit filios iure temporali & ſpirituali priuare? dic quod non ſpirituali.hoc eſt beneficijs: vt no.gloſſ.in clem. paſtoralis. circa finem.in verſicu.ſubiectæ.de re iud.& gloſſ.in c.filius.xvj.q.viij. & Card.Alexand.in cap.ſatis.xlvj.diſtin.& eſt ratio ſecundum gl. Card.ibi:quia princeps ſecularis nõ in hoc eſt ſuperior clerici.& ſic ſentit,ꝙ ſi eſſet princeps eccleſiaſticus, puta papa contra quem commiſerit pater crimen læſæ maieſtatis, poſſet filium priuare beneficiis:vt in hæreſis crimine.de quo vide Card. in cap.quo iure.viij.diſtinction.& in capit.felicis.verſic.ſi quis.de pœn.& ita firmat Ioann.de Imol.in l.inſulam.in fi. princip.ff.ſolut.matr.& Lud.Bolog.in d.cap.ſatis.vij.diſt.& Abb.in cap. cum laici. de iure patro.in cap.quanto.in fi.de iudi.& Felyn.in cap. vergentis.col.vlt.de hære.& vide Ioan.Pet.in forma inquiſitionis.folio vlt. & Cald.in conſil.iij.tit.de hære.& Ang.in conſ.lxiij.

Adde propoſitum quæſitorum hic, & ſignanter, inquantum tangit, an filius ex delicto patris feudo priuetur. Barto.omnino in l.diuiſ.ver.item hæc l.inducitur.& quod ibi ſignaui in apol.ad ipſum poſt Alexand. in ver.non priuetur.ff.de iure patr.dixi in apoſt.ad Bal.in l.lege.in princip.in eo.ver.C.de legit. hæred. tractauit omnino Alexand.conſil.xxiij.vol.j.& conſi.xl.viij.incip.illud afferam,quod eſt conſilium,Andr.Barb.vol.iiij.

l.crimen.& de decu.l.ij.§.in filiis. licet fallat in crimine læſæ maieſtatis & hæreſos.C.ad le.Iul.maieſ.l.quiſquis.&de hæret.authent. Gazaros.Sed cõtra hoc videtur ꝙ iure cauetur ꝙ filij ponuntur propter iuſtitiam patris: vt in auth.vt omnes obed.iud.prouin.§.j.col.v. Sed ibi habuit reſpectum ad iuſtitiã diuinã, quæ aliquando punit filium propter delictũ patris, ſicut ibi notari ſolet. †Itẽ
cõtra regulã videtur,quia iure cauetur quòd ſi pater ex- 6
hæredat filiũ, exhæredatio nocet non ſolũ filio,ſed etiã nepotibus ex eo natis, & in eius poteſtate conſtitutis.per quod patet ꝙ alterius odio alius prægrauatur: vt de bo. liber.l.queritur,†Sed dicendũ eſt,quòd aut agitur de his
quę mediãte miniſterio filij acquirũtur patri.Aut de his 7

quæ



A Genere. Ex his & aliis præſertim quæ ſcripſi in cõſi.Pariſ.§.xxx.queſt.xxxvj. Margrauij Brandemburgenſes agnati ſui Alberti Marchionis Brandemburgenſis à Carolo v.Imperatore proſcripti,cõtendunt hoc anno 1555. ditionem dicti Alberti non potuiſſe hac occaſione occupari per Norimbergenſes & epiſcopos & Ferdinandum regem:ſed ſibi debere ante omnia reſtitui: quia vocantur à genere & vi feudi auiti & antiqui. & ita tenent Barto.in dicta l.iij. & omnes feudiſtæ in cap.j.ſi vaſal.feud.pri. cui deferat. in vſibus feud. Iacob. in inueſtit. in ver. dictique vaſalli promiſ. non committ. Felo. verſic. videamus nunc. vſque ad finem. per v. columnn. Franciſch.in v. par.feudo.Hieronymus Gratus conſil.ij.lib.j.Bart. Alexan. & omnes in l. ſi finita. §.de vectigal. de damno infect. etiãſi propter noxiã ſeu feloniam cõmiſſã in ipſum patronum, cùm ſit feudum antiquum. gloſſ.cap.j.§.j. de ſucceſſ.feudi. Andr.Iſer. cap.j.§.vlt.quæ fuit pri.cau.benefic.amit.& c.firmiter.de prohi.feu.alie.per Fede. & c.j.ſi vaſal.feu.priuentur.Alex.conſil.xxx.col.v.lib.j.verſi.non obſtant.Curt.ſenior conſi.xlix.Addo aliam rationem,quia non potuiſſet etiam expreſsè abdicare feuda antiqua in præiudicium agnatorum.cap.j.§.hoc quoque.& ibi Bald.de ſucc. feu.Aluaro.in c.j.§.vlt.conclu.xxxviij.quæ fuit pri.cau.benefic.amit.gloſſ.Bald. & om.in cap.j.de aliena.feu.pater.in vſi.feud.Iacob. de ſ.Georg.in tract.feu. in ver. & vnus.ex dic.vaſſ.refu.feu.col.iij.Ergò nec tacitè. Tum iſte prohibitus erat alienare,non tam ſui,quàm alienorum fauore.igitur etiam delinquendo non poterat alienare nec amittere feudum.l.ſtatuis.in fin.de iure fiſc.Bartol. in l.ſi quis in tantam.colum.iij.C.vnde vi.quem omnes ſequuntur.Pau.& alij in dicto §.ſi de vectigal.colum.vlt.Fabia.de monte ſancti Saui.in tracta.de emp.& vend. in iiij.q.principa.quæſt.xiiij.Franc.Aret.conſilio xiiij.colum.v.Dec.in l.furioſi.ff.de regu.iuris. Matth.de Afflict.in conſtitut.Neapolit.de reuocat.alienat.conſtitut. hac edictali. numer.5.lib.iij.Car.Mol.

quæ mediante miniſterio filij non quæruntur patri. Si de his quæ poſsint acquiri patri mediante miniſterio filij: tunc habet locum regula contraria indiſtincte. quia delictum patris non nocet filio in poteſtate exiſtenti. vt in d.l. quæritur. ſed in his quæ mediante filij miniſterio non quæruntur patri, diſtinguendum eſt: quia aut eueniebant ab ipſo patre,aut genere vlteriori: aut à ciuitate,vel à rerum natura. Primo caſu delictum patris nocet filio,in ſecundo & tertio caſibus nõ nocet.vt ff.de interdict.& relegat.l.iij.& de iurepatrona.l.diui fratres.& ita debet intelligi C. de quæſt.l.diuo Marco.& ff.ad legem
8 Corneliam de falſis. l.ſi quis patri ſui. † Et propter hoc ſoluta eſt quæſtio de qua dubitari ſolet, ſcilicet an filius debeat priuari ſucceſsione feudi propter delictum patris: quia ſi erat paternum, priuatur: ſi à rerum natura,
A vel à genere a vlteriori obueniẽs,non priuatur. per l.iij. alleg.de interdict.& releg.Dyn.

## In reg.Sine culpa. Argumenta.

1 *Pœna iure non imponitur, vbi delictum non inuenitur.*
2 *Pœna infligitur quandoque nulla culpa præcedente.*
3 *Seruus quare ad vindicandam necem defuncti admittatur.*
4 *Seruus quãdoque torquetur vt adulterium vxoris eruatur.*

Pœna

5 *Pœna non infertur ſine cauſa, licet aliquando ſine culpa.*
6 *Filius dãnati læſæ, maieſtatis infamatur ob delictũ patris.*

## REGVLA XXIII.

SINE *culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.*

¶ † VBI non eſt delictum nõ poteſt imponi pœna, niſi 1
quando cauſa rationabilis ſubeſt: & ſic regulam ponit &
exceptionem à regula, quæ exceptio regulæ contra iuris
autoritatem videtur dicere: quia vbi non reperitur ſub-
eſſe culpa, non debet imponi pœna. ff. de verborum ſi-
gnificat. l. aliud eſt fraus. in princ. † Sed dic quòd aliquan- 2
do ſuadente publica vtilitate: & ſic cauſa interueniente
punitur quis ſine culpa. vt ecce aufertur aliquando res a A
poſſeſſori vt aſsignetur militi qui in bello ſe habuerit
virtuoſe. vt ff. de euict. l. Lucius. & de rei vendic. l. item ſi
verberatum. §. item ſi fortè. † Item ſeruus propter lau- 3

A Adde an ex cauſa poſsit princeps auferre rem meam, & dare alteri ſine æſtimatione rei meæ cui aufertur danda. Bartol. & Bald. in l. item ſi verberatum. §. ſi quis. ff. de rei vend. & Bar. Alexand. & doct. moder. in j. conſtitu. ff. col. iij. & Bal. & Ange. in l. ij. C. de quadrien. præſcript. & Bald. in l. bene à Zeno. col. ij. eodem. & in procem. ff. col. j. & Barto. in l. fin. col. j. C. ſi contra ius vel vtil. & Bald. in l. fin. col. ij. verſi. ſed immediatè. C. ſententiam reſcin. nõ poſſ. & Archid. in ca. ius ciuile. & ibi Card. Alexand. j. diſtinct. colum. iij. & Archid. in cap. per principalem. in quæſt. iij. & Hoſtien. in titul. de præſcriptio. §. præſcribantur. & Cy & Alber. de Roſat. in l. nemirem. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & Cardinal. Alexand. in cap. j. colum. iiij. verſic. ij. ſentit gloſſ. x. diſt. & Abb. Sicul. in conſilio vltimo. libro primo. & Alexand. conſilio ij. columna vij. & ſequen. & colum. vlt. volum. j. & in conſilio cj. colum. vj. verſicu. & etiam. eod. libr. & in conſi. xxxvij. colum. iij. verſicul. non obſt. & vſque ad fin. & Cyn. in l. reſcripta. in iiij. quæſt. C. de prec. imperat. offerend. & Iaſ. de May. in repet. l. quo minus. colum. j. verſi. iij. not. ff. de flumin. & Ange. in conſi. cxxxix. colum. ij. verſicu. non enim poteſt. & Alexand. in rubr. ff. ſi certum pet. colum. j. & in conſi. lxxxix. in ij. col. verſic. præterita. lib. v. & in conſi. xciiij. in princip. col. pen. eod. volu. & Bald. in l. ij. colum. x. verſic. nota quod plenitudo. C. de ſeruit. & aqua. vbi dicit quòd inferior à principe hoc non poteſt. de quo vide per Innoc. Abb. & inſuper Fel. in cap. quæ in eccleſiarum. col. x. de conſtitut. vbi ponit Felin. quatuor declarationes quando princeps poſsit cum cauſa auferre: & econtrario quòd ſine cauſa poſsit, ponit ſeptem declarationes, & demum tria notabilia eleganter procedit, cuius materia non fuit ita naturæ tradita ad præſentia ſecula vſque.

Adde quòd omnia iura & doct. per do. coapoſtillatorem meum alleg. loquuntur q̃ hoc procedat cum cauſa. ſed quid ſine cauſa, cõcludit idem quod ſ. in Papa & Imperator. Ang. in l. iij. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur. Sed contrarium eſt veritas: vt per Raph. Fulg. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. publ. Panor. in c. ij. de reb. eccle. non alie. & in c. admonet. & ibi dixi in apoſt. ad ipſum poſt alios in verſi. non ſubſiſtente cauſa. de renun. & Fel. in præalleg. c. quæ in eccleſiarum. col. xiiij. verſi. ſecundum verò membrum. de conſt. & notaui poſt Io. Fab. in §. ſed naturalia. nu. 2. in ver. tollere ius partis. inſt. de iur. nat. gent. & ciui.

dabilis



dabilis fidei exemplum, admittitur ad vindicandum ne-
cem domini: & pro præmio libertatem conſequitur, &
ita præſenti domino, ſine culpa ſua, ex cauſa tamen præ-
dicta dominum ſuum aufertur: vt C. de precib. imperat.
offerend. l. j. & ff. ad Sillan. l. iij. §. vtrum. & in quib. cauſis
4 ſer. pro præmio liber. accip. l. j. † Item patet in ſeruo qui
propter publicam vtilitatem, id eſt, vt eruatur adulterij
veritas, torquetur, & tortus domino non reſtituitur: & ſic
punitur dominus ſine culpa: ex cauſa tamen in hoc, ſcili-
cet q̃ priuatur inuitus dominio ſerui, licet pretium con-
ſequatur. vt ff. de adulc. l. ſi poſtulauerit. & not. ff. de calũ.
l. vlti. Item cauſa ſedandi tumultus, punitur capite decu-
rio: aliàs ſine conſilio & iuſſu principis non punitur. vt
5 ff. ad leg. Corne. de ſicar. l. penult. † Sed videtur etiam q̃
A vbi non eſt culpa: [a] nec cauſa, quòd pœna imponitur: vt
ff. qui & à quibus. l. proſpexit legiſlatorem. ſed ibi erat
cauſa, ſcilicet adulterium cõmiſſum, licet non culpa ſer-
ui qui torquetur. Item opponitur de teſte qui torquetur
propter culpam & delictum alterius, etiam ſine culpa: vt
ff. de quæſt. l. vnius. §. teſtes. & l. ex libero. in prin. ſed ibi
ſubeſt cauſa, ſcilicet q̃ facto interfuit, vel interueniſſe
probatur. Item eſt culpa, ſcilicet quia vacillauit in teſti-
B monio: [b] aliàs ſi quid prædictorum deeſſet, non deberet
6 torqueri. vt præalleg. l. ex libero. † Item opponitur de fi-
lio dãnati crimine læſæ maieſtatis, qui punitur propter
delictum patris: nam infamia notatur, & à paterna & ex-
traneorum ſucceſsione priuatur. vt l. quiſquis. C. ad leg.
Iul. maieſt. Item de filio hæretici. vt C. de hæret. authent.
gazaros. Sed in illi, eſt cauſa aperta, licet non culpa nam
quia ſunt de genere improbato, eſt præſumptio cõtinua
tionis paterni criminis contra eos. vt l. quiſquis. §. filij ve
rò. & ff. de edil. edict. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. Dy.

A Adde hîc Io. Andr. & Philip. Franc. & glo. in ca. renouantes. xxij. diſt. glo. in not. Abb. Sicu. & Fel. in c. cognoſcentes. col. j. de conſt. & Bal. in rubric. res inter alios act. & gl. in c. antiqua. de pri. & Archi. in d. c. renouantes. & Bar. in diſpu. incipiẽ. per Italiam. col. v. ver. j. & glo. Bald. de Car. Ale. & Andr. Barb. in add. ad Bald. ca. i. de feu. ſine cul. non amitt. & Alb. de Roſa. in dictionar. ſuo. in litera, pœna. verſi. quinque modis.

B Adde an teſtis ratione vacillationis poſſit torqueri. gl. & docto. in d. l. vnius. §. teſtes. & Inno. & alios in c. cum in contẽplatione. eod. in antiq. Cyn. in l. fin. & Bald. in l. milites. C. de quæſt. & Bal. in l. iij. C. ad leg. Iuliam maieſt. & doct. in l. nullũ. C. de teſtibus. & pulchrè Alexã. in cõſi. lxij. lib. j. qui alle. Dy. hîc.

## In reg. Quod quis. Argumenta.

1 *Doloſus non præſumitur, qui quicquam iudicis mandato operatur.*
2 *Sepulchrum iudicis præcepto deſtruens, non tenetur actione ſepulchri violati.*
3 *Executor ſententiæ iniuſtæ non tenetur aliqua actione.*
4 *Mandatum iudicis quando excuſet mandatarium ſine executorem.*
5 *Præceptum iudicis illicitum quando ſit contemnendum.*

*Priuat*

A Adde gl. & Flo. in l. liber homo. in fi. ff. ad leg. Aquil. tex. & gl. & ibi doct. mod. in l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. eod. Cyn. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & Bart. in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his qui not. infa. & in l. quanquam. hîc per Dy. al. leg. & Ioan. de Plat. in l. mouendæ. verſi. iij. not. lib. x. C. de delator. & Gand. de maleſic. in tit. de bannitis. col. iij. verſic. item quæro, ſtatutum eſt. & Dy. in l. j. ff. de criſtellio. & Ioan. de Plat. in l. prohibitum. in iij. not. C. de iu. fiſ. lib. x. & hîc Ioã. And. & Philipp. Franch. & Bar. in d. l. prohibitum. & Bald. in d. l. vt vim. in q. vij. & Bartol. & Alexã. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acqui. poſ. & ſing. Card. Alex. in c. multis. col. j. in fi. ver. circa pręd. xij. diſtinc. & Ang. Aret. in §. quadrupl. colũ. viij. ver. quæro an licitũ ſit reſiſtere. inſtitu. de act. & Innoc. & doc. in c. ſi quando. de off. deleg. & Cepo. in cõſi. xxxiiij. in fi. Angel. in conſilio ccxix. col. penul. ver. ſexta ratio.

6 *Priuatus quando licitè poßit iudici reſiſtere.*

7 *Iudici quare in dubio parendum.*

## REGVLA XXIIII.

**QVOD** *quis mandato iudicis facit, dolo facere non uidetur, cum habeat neceſſe parere.*

¶REGVLAM ponit & rationem regulæ. † Regula enim eſt, ꝙ ille qui facit mandato iudicis nõ videtur eſſe in dolo. Ratio autẽ eſt: quia neceſſe habet parere, neceſſitas autẽ facit ceſſare pręſumptionẽ doli. vt ff. de bo. lib. l. qui cũ maior. §. ſi pater. & C. de calũ. l. mater. & inducit præſumptionẽ contrariã, ſcilicet fraudis & doli non pręſumendi. vt ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancẽ. & de aqua plu. arc. l. quanquàm. in princ. a & quæ in fraudem creditorem. l. qui autem. §. apud Labeonem. ¶ † Exemplũ regulæ eſt, pone ꝙ mandato iudicis deſtruxi ſepulchrum, quo mediante aqua pluuia nocere poterat, non teneor actione de ſepulchro violato, quia iudicis autoritas me excuſat. vt d. l. quanquàm. Item pone ꝙ is qui depoſuit penes me deceſsit relictis quatuor hęredibus, & ego reſtitui vni tantùm iudicis autoritate, decætero non teneor alij actione depoſiti, quia iudicis autoritas omnem fraudis ſuſpicionẽ ceſſare facit: vt d. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lãcem. ¶ † Et idem dici poteſt in executoribus & apparitoribus exequentibus pręcepta & iudicis ſententias iuſtè latas. vt ff. eo. l. nõ videtur. §. qui iuſſu. & ff. ad Silla. l. ſi quis. quaſi per totum. Sed opponitur, & videtur ꝙ qui facit aliquid illicitũ mandato iudicis, nõ excuſatur. b † Imò ꝙ plus eſt, imputatur ei qui non reſiſtit præcipienti aliquod illicitum fieri: vt ecce ſi præcipiat decurionem torqueri, non ſolùm non debet officialis obedire, imò debet reſiſtere: & ſi non reſiſtit, c punitur. vt C. de decur. l. omnes. libr. x. etiam probatur in alio caſu ſimili. de excuſ. mune. l. euidenter. lib. x. & C. de magi. ſacro ſcrinio. l. j. in fi. lib. xij.

5 ad idem. C. de appel. l. quoniam iudices. † Et ideo diſtinguendum eſt: aut præceptũ eſt apertè contra legem, aut ſecundum legem, aut eſt dubium. Primo caſu non debet obedire, imò reſiſtere poteſt & debet per officiales: vt C. de decur. l. omnes, lib. x. de excuſa. mune. l. euidenter. de magiſt. ſcrin. l. j. in fi. vt omnes tam ciuiles quàm milita. l. j. §. officium. & de appel. l. quoniã. & qui milita. non poſſunt. l. eis quidem. & authẽ. vt nulli iudi. §. quoniam.

6 col. ix. † imò etiam per priuatos a reſiſti poteſt quando

A apertè apparet iudicem procedere cõtra legem: vt C. de iure fiſci. l. prohibitum. & l. defenſionis facultas. lib. x. & de meta. & epidimi. l. deuotũ. lib. xij. & ff. de re iud. l. cõtumacia. §. vlt. Secũdo caſu punitur qui non paret: vt ff. ſi quis ius dic. non obtemp. l. j. & de re iu. l. contumacia. in prin. Tertio caſu pareri debet: vt ff. de iudi. l. ſi quis ex

7 aliena. † & hoc propter iudicis ſentẽtiæ, & præcepti autoritatem: pro quorũ iuſtitia eſt in dubio præſumendũ. vt ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. cùm prætor. & de iudiciis. l. ſi prætor. & ne quid in loco publico. l. fi. & ratio patet, ꝙ qui non paret, præſumitur in dolo: vt ff. eo. tit. l. non poteſt videri dolo carere. & ecõtrà ab eo qui paret, abeſt omnis ſuſpicio fraudis præſumẽdæ: vt hîc. & ff. eo. l. non videtur. §. qui iuſſu. & de ſol. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancẽ. & de aqua plu. arcen. l. quanquam. & quæ in frau. cre. l. qui autem. §. apud Labeonem. & de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id quod. §. dolo. & de his qui not. infa. l. furti. §. qui iuſſu.

### In reg. Mora ſua. Argumenta.

1 *Debitoris mora in multis eſt ipſi nociua.*

2 *Mora debitoris nocet in fructibus debitis.*

3 *Fructus quando à die moræ dicantur venire.*

B Non excuſatur. Adde an & quãdo iuſſus iudicis quem excuſet. glo. ord. in l. quanquam. in verb. actionem. & quod ibi poſui in apoſtil. in verſi. iudicis iuſſum excuſare. ff. de aqua plu. arc. & in l. non videtur. §. qui iuſſu. vbi etiam poſui in apoſt. ff. eo. de reg. iur. no. Bar. & Alex. in l. ſi quis id quod. §. fi. & ibi glo. in ver. doli. ff. de om. iu. & Spec. in tit. de oblig. & ſol. §. ij. verſi. illud.

C Adde Cepolam in caut. cclxxvij. & Bal. in l. certi condictio. in prin. col. v. verſic. etiam quærit gl. an ille qui. ff. ſi cer. pet. vbi dicit per no. hic per Dy. ꝙ libellus datus contra militem poteſtatis quia torſerat quendam, de mandato poteſtatis fuit laceratus, tanquã continens apertam excuſationem rei. quod tamen Dy. hîc videtur tenere oppoſitum, vt potes videre: quia in his quæ præcipiuntur contra legem, non eſt per officiales iudici & poteſtati obtemperandũ: vt in iuribus hîc allegatis: ergo nõ excuſantur. Et tenet Deciſ. Parla. Delph. q. ccxciij. vt in l. ſi iniurię. ff. de iniuriis. & Guil. Pap. in trac. ſuo ſuper ſtatuto, ſi quis per literas. in prin. & ꝙ iudici volenti iniuſtè extorquere licitũ ſit reſiſtere de facto, vide Bal. in repetit. l. j. in col. xiiij. C. vnde vi. & Alexã. conſi. cxliiij. ver. modo ſic. lib. ij. qui alleg. Dy. hîc. & Pau. de Caſt. in conſi. xxxvij. in antiquis. & vide Fely. in d. c. ſi quando. de offi. delega. vbi ponit concluſionẽ cũ quatuor fallentiis. & deciſionem Capellę Tholoſ. cclxvij. vbi ponit an ſit manifeſta offenſa nõ parere iudici, vt vult hîc Dyn. in ſecundo caſu. & Doct. in clem. j. de offic. deleg. & Deciſ. Parlamen. Gratianopo. Delph. quæſtio. cccxl. & quæſtio. ccclix.

A Priuatos. Idem in non reparabili Pau. Philip. Deci. l. vt vim. de iuſtit. & iure. Ioan. de Plat. d. l. prohibitum quem ſequitur Panor. ca. ſi quando. de offic. delega. Alexan. conſi. xliiij. nu. 2. lib. ij. vbi in annota. dixi. C. M.

A Adde quando debitor teneatur de interitu rei dēbitæ in ſpecie vel in genere, Poſt moram vel ante. Bar. in l. in naue Saupheij. ff. loca. & in l. ſi ex legati cauſa. & ibi Bal. Pau. de Caſt. Alex. & Lud. Bolog. in l. j. ff. de verb. oblig. & Cy. Bal. & Saly. in l. incendium. C. ſi cert. pet. & Ang. & Imol. in d. l. ſi ex legati cauſa. & Alex. in l. Stichus. col. ij. de verb. obli. & Bal. & Lud. Bolog. in l. ipſa res. ff. quod met. cau. vbi ponunt quid ſi in locum rei perempte ſubrogetur alia ſpecies debitor non liberatur etiam ante moram. & adde Bar. Bald. & ſing. Alexan. in l. quod te. ff. ſi cert. peta. & Ludo. Bolog. in l. is qui. de act. & oblig. in primis interpreta. & in l. cum exceptione. §. ſed quatenus. ff. ꝙ metus cauſ. vbi dicit quòd ſi res pereat infra tēpus quòd datur iudicantis quādo debitor eſt condemnatus, purgatur prima mora, adeò quòd liberatur debitor: vt ibi vide. Et adde deciſ. Parlamē. Delphin. quæſt. cccxcvij.

4 *Mora debitori nocet in intereſſe, quod peti poteſt.*
5 *Intereſſe propter moram debitoris qua actione peti poßit.*
6 *Intereſſe ob debitoris moram debitum, an ſit multiplex vel vnicum.*
7 *Intereſſe an differat à communi æſtimatione.*
8 *Intereſſe ad perſonam, æſtimatio autem ad rem refertur.*
9 *Aeſtimatio rei quare non ſit intereſſe.*
10 *Aeſtimatio cōis & cōuenta an ſint diuerſæ ſpecies intereſſe.*
11 *Actio legis Aquiliæ ad id, quod intereſt, datur.*
12 *Intereſſe per relationē ad æſtimationē conſtituitur in eſſe.*
13 *Iuramentū in litem datur ob dolum, non autem ob culpam.*
14 *Stipulatio iudicio ſiſti committitur quanti ea res eſt.*
15 *Aeſtimatio rei an ſit intereſſe, vel damni æſtimatio, vel etiam lucri. & nu. ſeq.*
17 *Deductum in aliud, non eſt id ipſum in quod deducitur.*
18 *Comprehendens aliud in ſe non eſt idem cum comprehenſo.*
19 *Aeſtimatio poteſt in condemnationem deduci.*
20 *Intereſſe peti poteſt actione legis Aquiliæ, ſicut & damnū.*
21 *Aeſtimatio cōuenta, cōmunis & ſingularis non eſt intereſſe.*
22 *Intereſſe quando vnū, & quādo multiplex ſit cenſendum.*
23 *Intereſſe conuentum quod dicatur.*
24 *Pretium commune vel conuentum non eſt intereſſe, licet in æſtimationem intereſſe deducatur.*
25 *Relatio intereſſe communiter ad perſonam fieri poteſt.*
26 *Mora in cauſarum æſtimatione nocet & ex parte rei, & ex parte actoris.*
27 *Mora principalis nocet fideiuſſori.*

## REGVLA XXV.

### MORA *ſua cuilibet eſt nociua.*

¶ † VT ecce ſi debitor eſt in mora ſoluendi, erit ſibi nociua quantùm ad plura: quia quantū ad rei interitum etiam caſu cōtingentem: vt ff. ſi cer. pet. l. ꝙ te. & depoſi. l. ſi in Aſia. §. fi. & de verb. obli. l. ſi ex legati cauſa [a]. & l. ſi ſeruū. & de leg. j. l. apud Iulianū. §. ipſius quoq;. & l. cùm res. §. fi. † Itē quantū ad fructus de quibus tenetur ex die moræ quādo petitur aliquid per actionem bonæ fidei [b], vel per

B Adde quo tempore debētur fructus, & intereſſe in cōtractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris, Bar. Ang. Imol. Paul. de Caſt. Alex. in l. ſi filius. §. cum fundū. ff. de ver. oblig. & Bal. in l. ſi quis bonorum. ff. de leg. j. & in l. fructus. C. de act. empt. & Doct. in l. vnum. ff. ſi cer. pet. & Bar. & ſequaces in l. videamus. §. ſi actionem. ff. de vſur. & ibi Bal. & Fraņ. de Aret. in conſi. ix. quod eſt ſing. & quæ ſit ratio differentiæ inter contractus bonæ fidei: & ſtricti iuris, & quare fructus non veniunt iure actionis, vide Bal. & ibi Alex. in addit. in l. j. in vlt. q. C. de vſur. & fruc. le. & Ioã. Fab. & Ang. Aret. col. iiij. in prin. ver. in eādem glo. & ibi Iaſ. col. ix. poſt prin. in §. actionum. inſtitu. de actio. & Alexā. & Mona. in l. ſi marito. §. fin. ff. ſol. matri. & ꝙ not. in l. iiij. C. depo. & Matth. de Mattheſil. in ſuis notab. fol. 26. col. ij. verſic. not. glo. ſing. & per Imo. capit. quia. de loca. & condu. & Alex. in cōſi. ccix. col. j. vol. iiij. tu bene ſcis quòd ſi debitor vini vel frumenti eſt in mora, inſpicitur æſtimatio quamplurimi proueniens à tempore moræ: vt d. l. vinum. & ibi omnes Doctores. Quid econtrà ſi creditor fuit in mora recipiendi: dic quòd à tempore illius moræ inſpicitur æſtimatio quanti minimi. iſtud eſt ſingu. dictum Bal. in l. ſi hominem. per illum text. ff. manda. & tenet Franc. de Crema. in ſuo ſing. xciiij.



vel per actionē ex teſtamento, quæ bonæ fidei actionis ſapit naturam: vt ff. de leg. j. apud Iulianū. §. fructus. & l. ſi quis bonorū. & de leg. ij. l. qui ſolidum. §. etiam. & l. ſi quis ſeruo. & ad Treb. l. in fideicōmiſſaria. in prin. & de
3 act. emp. l. Iulianus. §. ſi fructibus. † Sed ſi agatur actione ſtricti iuris, ſi quidē peto reſtitui quod meū eſt, veniunt fructus à die moræ: ſed ſi peto ꝙ eſt alienum, veniunt à
A die litis conteſta. [a] ff. de vſu. l. videamus. circa prin. §. in
4 Fauiana. & §. ſi actionem. † Item eſt nociua mora quantum ad intereſſe quod peti poteſt, & augetur à die moræ in odium debitoris moroſi: vt ff. de act. empt. l. ratio. ſi per venditorē. & de re iudic. l. ſi Calendis. vbi intereſſe peti poteſt & augeri à die moræ in odiū debitoris moroſi. huius autem occaſione quæri poteſt, an intereſſe ſit
B in obligatione [b] poſt moram, ita ꝙ peti poſsit per libellum iure actionis, vel an deducatur in cōdemnationem

Adde Matth. ſing. xcj. de quo vide do. Lanfrā. in l. iudicio cœpto. col. iiij. in prin. C. de iudi. eundem do. meum do. Iaſ. in l. vinum. col. viij. ff. ſi cert. pet.

A Conteſt. non aliàs, ſcilicet vt ipſius iudicis ſtricti iuris: ſed bene veniunt & peti poſſunt vt intereſſe, quantū intereſt morā non eſſe factum. l. ſi fundum certa die. de ver. obli. vt nouê dixi in extrica. Labyrin. de eo ꝙ intereſt. nu. 236. 239. 247. C. M.

B Adde an intereſſe ſit in obligatione vt poſsit peti per libellum iure actionis. Bar. poſt Dy. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in x. & xj. oppoſi. ff. de verb. obli. & Cy. & Bar. in l. vna. C. de ſenten. quæ pro eo ꝙ inter. in iiij. q. prin. col. x. qui dicunt Dy. hîc, & in d. l. ſi ſtipulationes, dicere veritatē. & Spec. tit. de fruct. & intereſſe. §. viſo. ver. qualiter. & ver. quomodo. & ver. ſeq. & in tit. de ſent. §. qualiter. verſ. debet. cum ſeq. & Io. Fab. Ang. Aret. col. vj. ver. in ea gl. & ibi Iaſ. col. pen. in §. curare. inſtit. de act. & Fran. de Aret. in cōſi. lxxxiij. & Io. And. in addit. Spec. in tit. de fruc. & Bar. Bal. & Alex. in l. certi cōdictio. in prin. col. iiij. & ſeq. ff. ſi cer. pet. & quæ notauit Bal. in conſi. cij. in fi. vol. iiij. & Bal. in l. ſi traditio. in iiij. q. C. de actio. emp. & omnino vide in l. j. ff. de act. empt. per Bar. & Doct. Abb. Sicu. in conſi. vij. volu. ij. & an intereſſe poſsit peti ratione lucri ceſſantis, vide quæ dixi ſuprà in procem. fo. 1. & text. & ibi Bar. in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. & ibi Alex. in addit. & Bar. in l. iij. §. fi. ff. ꝙ cer. loc. & Cy. Bar. Bal. & Saly. in d. l. vna. C. de ſenten. quæ pro eo, & Abb. in c. per veſtras, de dona. inter vir. & vxo. & in conſi. lxiij, col.

per iudicis officium tantũ? opinio eſt inter iuris pruden-
tes, determinãt enim aliquando, ſcilicet ff. de re iudic. l. ſi
quis ab alio. §. vlt. † ꝙ intereſſe non poſsit per libellum
peti: ſed per iudicis officium in condemnationẽ deduca-
tur. arg. ff. de verb. obli. l. ſi ſeruũ. §. vlt. & l. eum qui ita.
& de conſtit. pecu. l. promiſſor hominis. ꝙ poſſet habere
locũ vbi eſſet in obligatione rem dari: ſed vbi eſt in ob-
ligatione factũ, ſcilicet ſucceſsiuũ, vt ire Romã, vel foſ-
ſam facere, vel domũ, tunc poſt morã etiam eſt in obli-
gatione intereſſe debitum ex tacita promiſsione, ſi non
fuit factum ꝙ in conuentione deuenit: vt ff. de ver. obli.
l. ſtipulationes nõ diuiduntur. §. Celſus. & ibi no. & in l.
ſi pœnã. vbi dicitur ꝙ intereſſe in ſtipulatione venit: &
ideo bene ſequitur ꝙ poſsit per libellũ peti. Quidam a 4
intelligunt hanc diſtinctionẽ in facto ſucceſsiuo, vt face-
re domũ, vel ire Romam, ꝙ tunc poſt moram, intereſſe
ſit in obligatione. non autem in obligatione rem tradi,
quia illud factum eſt momentaneũ, & non niſi quædam
executio donationis. & ideo quòd tũc non ſit in obliga-
tione intereſſe. ar. ff. de rei vend. l. qui reſtituere. Sed cõ-
tra illos eſt l. ſtipulationes non diui. præalleg. vbi eſt in
textu, rem tradi. Non obſtat, quia ibi petebat ſuũ & non
liberatur detinens ſoluendo intereſſe. Vel dic ꝙ inter-
eſſe eſt in obligatione ſi vult actor: vt ff. de act. empt. &
vendi. l. j. Sed quæ ratio eſt diuerſitatis, ꝙ in obligatione
facti ſit intereſſe in obligatione, & non in obligatione
dandi? Ratio eſt, quia quando quis obligat ſe ad factum,
alius ſequitur eius induſtriam, & ille ſe obligans illam
obligat: & ideo cùm illa induſtria nõ poſsit ſuppleri per
alium, iuxta l. inter artifices. ff. de ſolu. ipſe videtur ſe ta-
citè obligare ad intereſſe ſi non fiat quod in cõuentione
deuenerit: vt d. §. Celſus. de verb. obli. l. ſtipulationes non
diuiduntur. & ideo lex voluit ꝙ ad intereſſe ſtipulator
poſſet agere. In obligatione verò dandi, non eſt ita, cùm
per alium poſsit dare, non ſic obligatur induſtria, quare
lex voluit ꝙ ageretur ad dandum: & ſi recuſet, vel ſit in
mora, intereſſe per officiũ iudicis deducatur in condem-
nationẽ: vt in l. hîc alleg. Sed quare ſic etiam non agitur
ad factũ? Reſpondeo, quia ex quo ſemel fuit in mora in
facto, pręſumitur ꝙ male ageret: quare lex voluit ad in-
tereſſe agi, ſtatim poſt morã. Item dare eſt in re, & non

v. in prin. lib. j. & Bal. & Ludo. Bolo. in d. l. iiij. §. fi. in ſecundis interpret. ff. de eo ꝙ cer. loc. & Alex. conſ. cxlj. col. j. & ij. volu. v. & Abb. & Fel. in c. cũ venerabilis. col. iij. ante medium. & col. ſequẽ. & de excep. & Inno. & in d. c. ſacro. de ſent. excõ. & Abb. in c. cõqueſtus. de vſur. & in ca. dilecti. de foro cõpe. & in c. penul. col. j. de offic. delega. & infrà latius per Dy. ver. ad euidentiorẽ intellectum dicã. fo. ſeq. & Signor. de Homedeis in repet. l. ſi inſulam. q. j. & ij. ff. de ver. obli. col. iij. & Franc. de Aret. in conſil. clvij.

a Quidã. Iſtud & q̃d ſequitur vſq; ibi ar. l. nec ſi volẽs. incluſiuè, vſq; ad ver. An autẽ intereſſe excluſiuè, deficiebat in aliis & veteribus & nouis exemplaribus, tam dudũ quàm recenter impreſſis, & in veteribus manu ſcriptis quod reſtitui ex libro vetuſto do. Nicolai Molæi Senatoris Pariſini. C.M.

intereſt



a Vnicum. Hæc veritas, vt tenent Iac. Raue. col. ij. & iij. Iacob. Butri. col. iij. Salic. col. xv. in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. vbi latè dixi in Extrica labyrinthi. nu. 33. cum ſequenti quicquid dicat Dynus hic. nu. 12. num. 22. licet eum ſequuta ſit hactenus communis ſchola Car. Mol.

b Adde quòd diuerſitas eſt inter teſtamentũ & codicillos etiam in effectu: vt in iuribus hîc per Dy. alleg. tamẽ largè appellatione teſtamenti veniunt codicil. vt not. gloſſ. Doct. in l. ij. verſicu. perſonales. & ibi Bal. C. cõmunia de lega. ꝙ gloſſ. in l. fin. verſi. cognationis. & Alex. in l. ſi idẽ. in ſua lec. & in addi. ad Bal. & in d. l. ij. C. de codic.

Adde ꝙ hoc eſt verũ, quòd appellatione teſtamenti veniat codicillus in larga eius ſignificat. quemadmodum & appellatione, vbi vltimæ voluntatis, ſcilicet inquantum debet fieri cum eadem ſolennitate quæ requiritur in vltimis voluntatibus. & Bald. in l. hac conſultiſſima. colum. iij. verſic. item dicitur hîc. C. qui teſtamen. face. poſſunt. & Barto. omnino in l. ij. verſic. quæro ſtatutũ prohibet. ff. de lega. j.

intereſt tua per quẽ ego dem, quia eſt facere accipientis,
ſed tradere intereſt, quia ſi ſum dominus, facio te poſſeſ-
ſorem dominum aliâs non. de actioni. empti & venditi.
l. ex empto. & arg. l. traditio. de acqui. rer. do. & ff. de do-
nat. l. in ædibus. §. donari. Vel intellige in facto ſucceſsi-
uo, vt dixi in prin. Et ratio diuerſitatis eſt tũc, quia in ſuc
ceſsiuo, eſſet ſpecies ſeruitutis ſi cõpelleretur ad factum.
6 arg. l. nec ſi volens. C. de libera cau. † An autem intereſſe
quod debetur propter debitoris morã ſit vnicum tãtùm
& ſingulare: vel an triplex, ſcilicet ſingulare, cõmune, &
A conuentu. quæſtio eſt. Et ꝙ ſit vnicum a ſic oſtendo, quia
lex dicit, ꝙ ſi res vendita nõ tradatur, in id quod intereſt
agitur. hoc autẽ interdũ egreditur &c. Si igitur exceſſus
7 eſt diuerſorum, ſicut & qualitas, patet, † quod differt in-
tereſſe ab æſtimatione communi & conuenta: vt ff. de a-
ctionib. empt. l. j. & per eundem modum poteſt induci.
C. de ſentẽ. quæ pro eo quod intereſt. l. vnica. quia ibi di-
cit ꝙ intereſſe poteſt aſcendere vſq; ad duplum æſtima-
tionis communis vel cõuentæ. Cum ergo exceſſus ſit di-
uerſorum patet quod communis æſtimatio vel conuen-
ta rei, non eſt intereſſe. Cùm ergo remoueatur commu-
ne & cõuentum, relinquitur vnum tantum, ſcilicet ſin-
8 gulare. † Præterea lex dicit, ꝙ intereſſe ad perſonã refer-
tur: & ſic in ſuo eſſe conſtituitur per relationem, qua re-
fertur ad perſonã: vt ff. de verb. oblig. l. ij. §. vltimo. & de
noui operis nuntiat. l. ſi ſtipulatio. §. quæſitum. & de reg.
iuris. l. quatenus. & æſtimatio non refertur ad perſonam,
ſed ad rem. ergo ſequitur ꝙ non habet ſubſtantiã vel re-
gulam, vel naturam intereſſe. Præterea quoties duo ſunt
quorum vnũ refertur ad aliud, conſtat non idem eſſe re-
latum: & id ad quod fit relatio, licet ex commixtione re-
lati & eius ad quod fit relatio, idem reſultet effectus, vt
B patet in codicillis ad teſtamentũ b relatis, ex quorũ duo-
rum iuribus commixtis idem inſurgit effectus: vt l. ij. §.
codicillorum. & l. quædam. ff. de iure codicil. & de con-
dit. inſtit. l. inſtitutio. & de hæred. inſtitu. l. aſſe toto. & C.
de iure codicillo. l. ſi idem. ſi ergo intereſſe referatur ad


æſtim

a Adde vſque ad quam quantitatem intereſſe poteſt aſcendere glo.in verbo,du pli.in d.l.vna.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.& ibi.Cyn.in iiij.q.prin.& Bart. in iiij.q.& Bal.col.iiij.& Dyn.Io.Fab.Ang.Aret.& Iaſ.in §.omnes autem actionum col.ij.de act.inſtitu.& Angel.de Peru.& Salyc.in d.l.vna.C.de ſent.quæ pro eo q. inter.& vide Dyn.& quæ ibi dico verſi.oppoſitum.ver.j.eod.fol.ſeq.

b Adde quòd valor ſeu æſtimatio rerũ nõ ex affectiõe,ſed cõmuni & vniuerſali appretiatiõe cõſtituitur.vt l.pretia rerũ.§.fi.& ibi Barto.Angel.& vterq; Imo.ad l.Falcid.de qua materia & quo modo ꝓbeť, & qualiter in iudicijs deducať, vide ibi & gloſ.& latè Bart.& Bal.in l.ij.C.de reſcind.vend.& Bar.in ſuo cõſi.c.& in l.j.§.ſi hæres.& ibi Io.de Imol.& alij in ſcrib.ff.ad Trebel.& Ant.& Imol.in c.penul.de empt.& ven.& ibi Doct.maximè per Abb.& Felyn.in c.cũ cauſam.in ij.de teſta.& Ange.Aret.ad ſaturitatem in §.ſi quis agens.& Iaſon.in §.plus.de act.& Flor.de ſancto Petro in l.ſi ſeruum meũ.ff.ad l.Aquil.& gl.& Ana.in c.in ciuitatem.in x.colo.de vſu.&

æſtimationẽ rei.vt in l.ſi ſtipulatio.§.vltimo.ff.de noui oper.nuntia.& l.qui tabulas.ff.de furtis. Reſtat rei æſtimationem nõ eſſe intereſſe.¶ † Item interdictũ vti poſſidetis datur ad intereſſe, & refertur ad æſtimationẽ rei. vt l.ſi duo.§.penul.ff.vti poſſidetis.ergo ſequitur ꝙ æſtimatio rei non ſit intereſſe, cum relatũ & id ad quod refertur,ſint diuerſa,ſicut dictũ eſt. Præterea diſponens & diſpoſitũ non compatiuntur ſe ſub eodem genere: vt ff. de fundo inſtruct.leg.lege vltima.ſed communis æſtimatio & conuenta ſi excedit communem, diſponit & limitat intereſſe.quod patet,quia nõ patitur ipſum excedere duplum ſui [a] vt C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt. l.vnica.ergo abſurdum eſt dicere.† ꝙ communis vel conuenta æſtimatio rei ſint per ſe diſtinctæ ſpecies ſub eodẽ genere cum intereſſe ſingulari. Præterea à quo remouetur genus & quælibet eius ſpecies: vt ff.de fundo inſtruc. & inſtrument.legato.l.fundi.§.vltimo.ſed ſi conueniat inter emptorem & venditorem,quòd nõ agatur de euictione, illa conuentio operatur quòd intereſſe non petatur:& tamen petitur pretium rei conuentum, cùm ergo conuentio illa remoueat petitionem intereſſe, & nõ remoueat petitionẽ pretij,patet quòd pretium conuentum non eſt ſpecies intereſſe.vt probatur de actio.emp. l.emptorem.§.quod autem. ¶ † Oppoſitum oſtendo ſic, actio legis Aquiliæ datur ad id quod intereſt, hoc autem intereſſe eſt cõmunis æſtimatio rei. Primum patet ff.de furt.l.quidam tabulatũ.§.de lege Aquilia maior quæſtio eſt. Secundo apparet, quia illud intereſſe ad quod datur actio legis Aquiliæ exponitur in l.ff.ad leg.Aquil.l.ſed ſi ſeruum meum.& dicitur quòd nõ æſtimatur affectio,[b] ſed quanti omnibus communiter valet:communis ergo æſtimatio rei eſt intereſſe. Item lex dicit, ꝙ ad æſtimationem refertur intereſſe.vt ff.de furtis.l.qui tabulas.in principio.Item alibi, ſi legatũ eſt mihi relictũ ſub conditione,& petam tabulas teſtamenti exhiberi,& non exhibentur, condemnatio fit ad intereſſe, illud autẽ refertur ad æſtimationem legati ſi agatur pro legato.¶ item hæ-





reditatis ſi agatur pro hæreditate:vt ff.de tabul.exhibẽdis.l.locũ.§.cõdemnatio.¶ † Item ꝙ intereſſe conſtitua-
12 tur in ſuo eſſe per relationẽ factam ad æſtimationẽ patet ff.de furt.l.ſi vendidero.§.cùm autẽ.¶ Ex his patet ꝙ non eſt vnicũ tantũ intereſſe. Itẽ dicitur in l.ꝙ doli æſtimatio fit nõ ex eo quod intereſt,ſed ex eo quod in litem iuratur.vt ff.de iudiciis.lege,nõ à iudice.ſed cõſtat in intereſſe iurari.vt l.pen.ff.de in litẽ iurã.& de admi.tutor. l.tutor qui repertoriũ.ij.reſpõ. Ergo neceſſariò ſequitur aliam eſſe ſpeciẽ intereſſe de qua loquitur lex,nõ à iudice,id eſt cõmune:aliam de qua loquitur lex penul.de in
13 litem iurando.id eſt ſingulare.† Præterea cõſtat in litem iurari ob dolũ tantùm:non ob culpam.vt in l.in actionibus.§.ſed in his omnibus.& in l.ij.in fi.de in litem iurando.& tamen iuratur in intereſſe.vt d.l.penul. Cùm ergo ratione doli,quia vbi maius eſt delictum,maior fiat æſtimatio:& ratione culpæ minor, quia minus delictũ:& tamen conſtat ratione culpæ ad intereſſe agi: vt l.ij.§.interdum.vnde bene ſequitur vlterius cũ alia ſit æſtimatio doli,& alia culpæ, & vna maior & altera minor.& quælibet appellatur intereſſe, quod nõ ſit idẽ ſed diuerſum,cũ
14 exceſſus ſit diuerſorũ.vt dictũ eſt.† Præterea conſtat ſtipulationẽ iudicio ſiſti cõmitti quanti ea res eſt.vt in l.ij. §.vlti.ff.qui ſatiſdare cogan.& illa appellatur vera æſtimatio rei:vt in l.hæc verba.ff.de verb.ſignifi.& illud appellatur intereſſe.vt l.vlti.ſi quis in ius vocã.non ierit.& l.quoties.de verbo.obliga. Cùm ergo vera & communis æſtimatio rei appelletur intereſſe.& illam conſtat differre ab æſtimatione ſingulari:vt ff.de legat.j.l.& ſi æquo. de lega.ij.l.ſi cui fundus.ſequitur ꝙ illud commune differt à ſingulari,& non ſit idem, ſed per ſe diſtinctum: & per eundẽ modum poſſet induci l.arbitris.in princ.§.nõ
15 tamen.ff.de dolo. ¶ † Ad euidentiorẽ intellectum huius videndum eſt, an æſtimatio rei ſit intereſſe, vel æſtimatio damni, vel lucri in illis caſibus in quibus habetur ra-
7 mo reſponſo.& in his regula non procedit.† in generib. ſimiliter non procedit: quia aut promittitur in eodem genere generaliſſimo, & promittens dicit ſe de muſca feciſſe promiſſum,quia promittitur in eo genere in quo eſt; & poteſt aliquid euenire quod habere eſt prorſus inutile:& tunc promiſſio potius iudicatur inutilis à principio, quàm ſpectetur effectus deriſorius qui ſequitur ex ea: vt ff.de verborum obligationib.l.ita ſtipulatus.in princ.& de iure dotium.l.cũ poſt.§.gener. Aut in eo genere in quo nihil eſt euenire prorſus inutile,vt in boue, equo,aſino,& hominibus & ſimilibus:tunc debetur mediocre.vt d.§.ſimiliq; modo. Ergo quo ad contractus regula procedit in quantitate tantùm,& in his quæ quantitatibus æquipollent. ¶ Sed contra hoc eſt valde §.ille, ſi verò reditum.vbi mediocris fit præſtatio: & tamen quãtitas frumenti,vel vini, erat ex cauſa donationis promiſſa:ſed nõ eſt contra: quia ibi nõ dicit quantitatẽ promiſ-

A Adde tamẽ in contractibus in dubio quòd minimum eſt, ſit ſequendum. Cy.in l.cũ quidam.C.de verbor.ſignifica.& Bart.in l.ſi duo rei.ff.de verbo.obliga.& Imol.in l.ſi ita ſtipulatus fuero x.aut v.hîc alleg.per Dyn.& Bal.in d.l.cum quidam.& Bar.in l.ſi ita relictum.§.fi.ff.de lega.ij.& quod not.Bartol.in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iur.& quãdo eſt promiſſum in obligatione generis,qd veniat,vide Barto.in l.ij.§.quãdorum.in vlti.quæſt.ff.de verborum obligat.& gloſſ.& Barto.in l.Mætius.§.duobus.ff.de legat.ij.Iaſ.in §.in bonæ fidei.verſi.in glo.iure aperto.& §.huic autem.in vlt.colum.inſti.de action.& Bald.in l.ſi quis argẽtũ.in princip.hîc alleg.& Alex.in l.legato,columna j.verſic.nec prædicti.in fine


ſam

de leg.j.& Anto.Corſet.in ſuo tract.de minimis.in iiij.queſt.verſi.xxx.in obſcuris quod &c.& Bal.conſi.clxvij.volu.iiij.

A Adde glo.Ioan.And.Abb.& Ang.Are.in §.ſed generaliter.inſti.de leg.& Iaſ.de May.in §.præterea.inſti.de act.& per Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.circa cõtraria tertiæ partis.ff.de ver.ob.& gl.& Bar.in l.legato generaliter.ff.de leg.j.& in l.cũ certum.ff.de vino, tritico, & oleo legato.& Alex. in d.l.legata. col.j.verſi. vlti. no.& adde Cy. Bal.& Salyc.in l.cum quidã.C. de verb.ſigni.& Bar.Alex.in l.ſi domus.in prin. ff.de leg.j.

ſam mediocrẽ deberi, vnde illud cõuenit iuri communi
quod eſt vt poſsit præſtari viliſsima res aliqua : ſed dicit
quãtitatẽ donationis promiſſæ deduci ad deſignationem
ſpecierũ,ex quibus percipi poſsit quantitas ex cauſa do-
nationis promiſſa, & ideo deſignatur ſpecies mediocris,
ſicut ſi ab initio ſpecies vel genera promitterentur † Ad 8
ſecundũ de vltima volũtate reſpõdeo [a] quaſi idem, ꝙ in A
generibus regula nõ procedat: quia aut legatur genus ge
neraliſsimũ,& tũc inutile eſt legatũ. Aut ſubalternatiuũ,
& tũc ſi habes fines ſola deſtinatione patrisfamilias, lega
tum inutile eſt.vt ff.de leg.j.l.ſi domus.in prin.ſed ſi ha-
bet fines à natura, debetur mediocre.vt d.l.legato gene-
raliter.& inſti.de lega.§.ſi generaliter.vnde patet hãc re
gulã ceſſare.In quãtitatibus verò & in his quæ quãtitati-
bus æquipollẽt,& in vniuerſalibus regula procedit.vt in
l.ſi ita relictũ.in prin.& in fi.ff.de leg.ij.& de le.iij.l.qui
cõcubinã.§.cũ ita.& l.nũmis † In ſpeciebus autẽ aut con 9
ſtat de certa:& tũc ceſſat regula,quia illa debetur.vt in l.
ſi domus.§.cũ alicui.ff.de leg.j.aut nõ conſtat de certa:&
tunc ſi teſtator nomẽ ſpeciei in legato nõ expreſsit, ceſ-
ſat regula,quia eſt electio legatarij.[b] vt ff.de lega.j.l.qui B
duos. Aut expreſsit nomen vniuerſale, & nihilominus
ignoratur de quo:& tũc minus eſt in legato, vnde regula
locum habet.vt ff.de leg.j.l.apud Iulianũ.§.Seio. Poſſet
tamen hæres ſi vellet maiorẽ eligere,cùm ad ipſum per-
tineat declaratio dubiæ voluntatis defuncti, vbi certum
expreſsit,& ignoratur quod.[c] vt ff.de lega.j.l.ſi quis à fi- C
lio.§.ſi quis plures. Contra prædicta de vltima volunta-
te eſt aperte.ff.de lega.ij.l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.† vbi 10
dubiæ voluntatis interpretatio committitur hæredi, &

B Adde quando legatarij eſt electio, an poſſit eligere peſsimum inuito hærede. Alex.in d. l.legato.in j.no. dicit, Imo. & Pau.de Caſt.ibi tenere ꝙ ſic,alle.hîc Dy.ita tenere.licet Ang. ibi,& in l.apud Iulianum.§. Seio.de lega.j.teneat cõtrariũ. vt ibi videas.& Dyn.in regula, cõtra eũ qui.in fi.j.eo.etiã quæ ibi dico in fi.magnæ apoſtil.

Adde ad materiã præſentis apoſtil.& dictorum ſuper quibus fundatur glo.j.in l.legata.& quod ibi poſui in apoſtil.ad eam in ver.triplex eſt opinio.ff.de legat.j.iſtum in l.ſi Titio.& ibi dixi in apoſtil.in verbo,hæredis.ff.de vſufru.leg.dixi in apoſt.ad Bart.in l.Lucio.in princ.in verſi.eſt legata.poſt Alex. ibi.ff.de leg.ij.& ponit Fely.in c.inter cæteras.in princ.de reſcript.& vbi tangitur quando electio eſt hæredis & quando legatarijs.

C Adde, quòd idem tenet Bar,Bald. Ioann.de Imol, & Alexan.Imol.in l.ſi quis

ideo



ideo regula ſemper ceſſare videtur. Reſpõdeo,illud ve-
rum eſt cũ voluntas eſt dubia circa pſonas legatarij: ſed
prædicta procedũt circa rẽ legatã. ¶ Itẽ non videtur ꝓ-
cedere regula in vltima volũtate,qa dubiæ volũtatis in-
terpretatio ad iudicẽ pertinet.Ergo nõ videtur reducen
da ad minimũ:vt C.de fideicõ.l.voluntatis. Reſpondeo,
iudex interpretatur quod veriſimile eſt ex cõiecturis, id
eſt inſpecta conditione pſonæ legatarij,& conſuetudine
regionis loquẽtis, & vicinitate ſcripturarũ pcedentiũ,&
ſequentiũ.vt l.ſi ſeruus pluriũ.§.vlt.de leg.j.&de teſta.l.
hæredes.§.ſed ſi notã. Si veriſimile nõ põt perpendi,tũc
locũ habet regula.vt ff.de leg.iij.l.ſi nũmis. & infrà eo.
11 inſpicimus.ſeruato tamẽ ordine quẽ ibi dicã. ¶ † Itẽ vide
tur obſcuritas reddere voluntatẽ inutilẽ vnde ceſſat re-
gula.vt ff.de reb.dub.l.ſi quis de pluribus.& de manum.
teſta.l.cũ ex pluribus.& de teſta.tut.l.duo ſunt Titij.Sed
A in illis nõ põt apparere minimũ : [a] quia in pſonis duabus
licet æſtimatio ꝓprietatis ſeruorũ poſsit eſſe inæqualis,
tamẽ ideo ꝙ in togato verſabatur libertas in perſona o-
mnium pariter eſt inæſtimabilis : vt ff.de reg.iur.l. non
12 eſt ſingulis.§.infinita eſt. vnde in l.duo † tutelæ datio vel
delatio nõ plus vel minus in perſonã vnius quã alterius
æſtimatur,& periculũ pupilli cui intẽdebat prouidere te
ſtator poſſet in delatione tutelæ verſari.Et ideo non mi
rum ſi non cõceditur electio hæredi,ſed in defectũ pro-
bationis redditur inutilis diſpoſitio teſtatoris. Tamẽ ar-
guitur cõtra reſponſionẽ prædictã de dicta l.ſi quis plu-
ribus.nam ibi erat incertitudo perſonæ legatarij: ergo
recurri debet ad electionẽ hæredis,non vtrunq; impedi-
ri:vt d.l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.de leg.ij.Item erat cer-
titudo rei legatæ,& nomen erat expreſſum: ergo inter-
pretatio conceditur hæredi. vt d.l.ſi quis à filio.§.ſi quis
plures.Reſpõſio,non eſt dubiũ,quãuis hæres manumit-
tere poſſet vnũ ſi vellet: ſed neceſsitas nõ imponitur,ſi-
cut nec eligendi vnũ de legatariis: vt de rebus dubiis.l.ſi
fuerit.iſta reſpõſio ſufficiẽs eſt ad §.ſi inter.ſed nõ ad §.
13 ſi quis plures. ¶ † Vnde dici poteſt quòd plures operare-
tur incertitudo duplex circa annullandũ relictũ, quã v-
nica. Vbi ergo eſt incertitudo rei in ſpecie tantũ relictæ
proprio nomine expreſſo,legatum valet,&compellitur
hæres eligere. vt in d.§.ſi quis plures. vel ſi non eligat,
minimum eſt in electione.vt d.l.apud Iulianum.§.Seio.

à filio. §. ſi quis plures.colum.j. verſ. in glo.j.ff. de leg.j. qui alleg. hic Dyn.ad hoc contra glo. ibi.& Pau.de Ca. ꝙ hæres ſi velis præſtabit viliorẽ,eo quia dicat teſtatorẽ de illo ſenſiſſe, non poterit legatarius cõqueri de mala electione hæredis : vt ibi videas. & adde quod idẽ tenet Bar.in diſp. ſua incip. debitor. colum.j.verſ.v. ſic,&c.

A Minimũ dicitur ex qualitate rei. l. ſcio. & ibi Bar.ff.de re.ſti.i integ.Flor. &doct.in l. res. bona.ff.de contrah.emp.gl.& Doct. in l. ij.ff. quod cũ eo qui in alie. pot.eſt. &Spec. in tit.de dolo. §. j. verſ. ſed concipit libellum.

L 5 vbi

vbi perſonæ tantum, non eſt in ſe inutile: ſed propter
probationis defectum. vnde poteſt hæres eligere, ſed nõ
compellitur. vt in dicto §. inter. & ibi not. vbi verò rei &
perſonæ, tunc prorſus inutile. [a] vt in l. ſi quis pluribus. A
& l. cùm ex pluribus. Ratio autem inter prædicta patet,
quia vbi eſt incertitudo rei tantùm, perſona ſupereſt cui
poteſt obligatio quæri: & ideo ſi non eligat hæres, obli-
gatio in minus contrahitur, iuxta regulam noſtram: ſed
vbi perſonæ tantùm & non rei, obligatus eſt hæres ad
rem: ſed quia nõ apparet ſi nolit eligere, redditur lega-
tum inutile: vt d. l. ſi fuerit. ſi verò rei & perſonæ, non
eſt cui poſsit obligatio quæri nec eſt res de qua conſtet.
& ideo relictum prorſus eſt inutile. ¶ † Item in contra- 14
ctibus nullo modo videtur procedere: quia interpreta-
tio facienda eſt contra proferentem. vnde non eſt verũ
ſimpliciter, quòd minimũ debeatur: ſed id quod eſt con-
tra animum proferentis: vt in l. veteribus. ff. de pact. & l.
cum lege. & l. Labeo. ff. de contrahenda emptio. & infrà
eod. cap. cõtra eum. Gloſſatores iuris ciuilis dicunt, quòd
ſi dubiũ eſt in re ſuper qua cõtrahitur, tunc regula locũ
habet: ſi in acceſſoriis, tũc cõtraria. primũ vt dixi ſimpli-
citer habet locũ in quantitatibus: vt in l. inter ſtipulantẽ.
§. diuerſa. & l. ſi ſtipulatus fuero x. aut v. & loca. l. ſi tibi x.
In ſpeciebus verò vt dictũ eſt, mediocris debet̃, & regula
ceſſat. vt no. ff. mãd. l. fideiuſſor. Vnde quãtũ ad iſtã par-
tem gl. eſt falſa, niſi gloſſã ſuſtineas eo caſu ꝓcedere, quo
in cõtractu deducitur vnũ in certum, de pluribus certis:
† tũc enim cũ ſit electio debitoris, etiã minimũ dare po- 15
teſt. vt l. q ex pluribus. ff. de ver. obl. Secundũ vero, id eſt
de acceſſoriis, non videtur verũ, ſcilicet ꝙ contra profe
rentẽ fiat interpretatio: vt ff. de act. emp. l. ſi ſeruus. §. fi.
& de contrahen. emp. l. cõprehenſum & l. ſi in emptio-
ne. † Vnde dicas, ꝙ aut pactum in acceſſoriis eſt obſcurũ 16
circa qualitatẽ & quantitatẽ rei venditæ. & tunc fit in-
terpretatio contra venditorem: vt l. Labeo. & l. ſi cum in
lege. & l. veteribus. & de ſeruit. vrb. pæd. l. ſi arborem. §.
hæc lex. Aut circa electionẽ rerum electioni accedentiũ:
& tũc interpretatio vẽditoris non eſt contra eum facien
da. vt d. l. ſi in lege. & in l. cõprehenſum. de cõtrah. emp.
& l. pen. §. fi. ff. de act. emp. tũc enim quaſi in genere de-
bitor electionẽ habet. vt d. l. qui ex pluribus. & inſtit. de
act. §. huic. & not. in d. l. cõprehenſum. Ad tertium, id eſt
circa

A Adde, quòd legatũ eſt nullum quando reſultat incertitudo perſonarum & rerum. Bartol. in l. quidam. colum. ij. verſic. fallit. ff. de rebus dubiis. qui alleg. Dyn. hic ad hoc. & Ioann. Fab. & Ange. Areti. in §. ante hæredis inſtitutionẽ. inſtitut. de leg. & Bald. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. ff. de leg. ij.



17 circa delicta, † dico quòd ſi incertum eſt delictum, id eſt
quod delictũ ſit commiſſum, regula locum habet. ſequi-
mur enim quod eſt minimũ: quia non punimus, ſed ab-
ſoluimus: vt l. abſentẽ. ff. de pœn. Itẽ vbi eſt certum deli-
ctum: ſed incerta delicti qualitas locum habet: vt ſi con-
ſtat aliquẽ commiſiſſe vim: & ſic delictũ certum eſt. ſed
ignoratur vtrũ cum armis vel ſine armis, & ſic qualitas
eſt incerta: nam ſequitur minimum, id eſt præſumimus
A ꝙ ſine armis [a] vt mitius puniatur. vt l. ſi præſes. & l. in-
terpretatione. ff. de pœnis. & de ſuſpec. tut. l. hę enim cau
18 ſæ. §. quid ergo. † Aut verò certum eſt delictum, & certa
delicti qualitas, incertus verò animus delinquentis, non
præſumimus minimum, id eſt ꝙ non fuit animus; quia
facti atrocitas amouet præſumptionẽ animi non præſu-
mendi, ex quo perſona eſt habilis ad delinquẽdum. vt C.
19 de ſicar. l. j. & de iniuriis. l. ſi non conuicij. † Itẽ vbi certũ
delictũ & certa qualitas, ſed incerta perſona, vt ſi nullus
deprehẽditur fuiſſe in actu delinquendi, certum eſt ne-
minẽ puniri. d. l. abſentem. Sed ſi plures deprehẽduntur
B fuiſſe in actu delinquẽdi, [b] & ignoratur quis deliquerit:
tunc nõ ſequimur quod eſt minimũ, quia omnes puniũ-
tur: vt d. §. ſi plures. l. item Mela. ad leg. Aquil. & no. ff. ad
leg. Corn. de ſicar. l. ſi in rixa. Et ratio huius eſt: quia oẽs
deprehenduntur in culpa: quia omnes fuerũt in actu de-
linquendi. Item quia ratio publica quæ ſuadet maleficia
puniri: vt l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. & de
fideiuſ. l. ſi à reo. §. quod vulgò. ad leg. Aquil. l. ſi ita vul-
neratus. eſt contra eos qui priuatam defenſionem præ-
tendunt, & ideo præferenda eſt publica: vt ff. pro ſocio.
l. actione. §. Labeo. & in auth. de non alic. §. quia vero.

## In reg. Eum qui. Argumenta.

1 *Venditor actione ex empto emptori tenetur, qui ſeruitutem deberi à prædio vendito non detexit.*
2 *Vendẽs mancipiũ, mores & vitia eiuſdẽ manifeſtare debet.*
3 *Denuntiatio an debeat fieri ſcienti.*
4 *Scientia quando non ſufficiat ſine denuntiatione.*
5 *Denuntiatio ad quid fieri ſoleat.*

## REGVLA XXXI.

EVM *qui certus eſt, certiori ulterius nõ oportet.*

1 ¶ † CAVETVR in iure ꝙ venditor qui ſciuit ſerui-
tutẽ deberi à prædio vẽdito certiorare debet emptorẽ,
aliàs tenetur actiõe ex empto ad intereſſe emptoris: hoc
verum

A Adde Bart. in l. ij. §. exercitus. ff. de his qui not. infa. & in l. ſi præſes. ff. de pœnis. & Innoc. in cap. cum dilectus. ſuper verbo, iuſtitiã. de ordin. cogn. & Dyn. in reg. in pœnis. j. eod. & deciſ. Parlamen. Delphina. dclxxxiij. & ibi in addit.

B Adde gloſſ. Bald. & Ludou. Bolog. in l. item Mela. §. j. ff. ad legem Aquil. & Barto. in d. l. in rixa. hic alleg. Cy. & Salice. in l. quoniam multa facinora. C. ad legẽ Iul. de vi publ. & Dyn. & quæ ſcripſi. §. in regula, ratihabitionẽ. in pen. q. & Bar. in l. q furto. §. fi. ff. de fur. & Spec. titu. de homici. ver. poneꝙ quatuor. & in titu. de lapſis. & diſpu. §. iuxta. ver. quid ſi quis in rixa. Bal in conſil. lxxxj. libr. j. & Petr. de Ancha. conſ. ccxvij. & Bal. in conſilio vlt. libr. iij. Fely. in c. ſignificaſti. in ij. col. iij. verſi. not. ibi

verum eſt ſi emptor ignorauit ſeruitutem deberi : ſed ſi
certus fuit ſeruitutē deberi nō oportet eum vlterius cer
tiorari:vt ff.de act.emp.l.j.vēditori.& §.vlt. [a] Item qui A
mācipia vēdūt,certiorare debēt emptores de moribus &
vitiis:aliàs tenētur actione redhibitoria,vel quāto mino
ris:ſed ſi emptor intelligit vel intelligere poſsit, non eſt
certificatio vēditoris neceſſaria:vt ff.de ædil.edic.l.j.§.a-
iunt.& §.ſi intelligatur.& l.ſi tamē.§.qui eum ſeruū.qd
autē ſi vēditor ſciens ſeruitutē vel vitiū dicit ſe nolle te-
neri nomine ſeruitutis vel vitiorū:dicendū eſt hoc gene
rale pactū [b] non trahi ad ea quæ vēditor ſciuit,ſed ad ea B
quæ ignorauit vēditor. vt ff.de act.emp.& ven.l.quæro.
& arg.de hær.vēd.l.hoc autē †Sed oppono,& videtur ꝙ 3
ſcienti denuntiari oporteat : quia dicitur in iure, quod
qui vult habere liberam poteſtatē inchoandi accuſatio-
nem de adulterio vel ab adultero vel adultera,etiā poſt-
quā adultera nupſit,denūtiare debet adulteræ ne nubat:
quia intēdit proponere accuſationē de adulterio. Quid

diſcerni de homic.glo.& Card.Alex.in c.quieſcamus.xlij.diſt.vbi concludunt Doct. contra Dy.hic & in regula,in pœnis.quòd omnes abſoluantur.vt ibi vide.

A Adde Bar.& Bal.ibi quādo vēditor teneatur de ſeruitute emptorem certiorare.& tex.& Bal.in l.quod ad ſeruitutem.ff.de euict.& quid ſi vendit prædium quod aſſerat herbam peſtiferam , & non declarauit. vide tex.in l.pen.§.fin.& ibi Bal.& Salic.C.de ædil. act.ſicut in ſimili quando venditur fundus,& habet malos vicinos,ꝙ venditor tenetur illud exprimere: vt l. quod ſæpe.§.fin.ff. de contrahen.empt.& ven.& l.fi.& ibi Bal.& Salic. C. de pact. inter empt. & ven.& quæ no.Bald.in l.ij. ver.iiij. caſus.C. de pericul. & commo. rei vē. Et vltra not.Dy.qn̄ venditor equi, vel alterius rei ſe mouentis teneatur de morbo vel vitio.dic quòd tenetur: etiā ſiue venditor ſciuerit,ſiue non.vt eſt tex.in l.ſi in emptione.§.item ſi venditor. ff.de contrah.emp.& in l.j.§.cauſa huius edicti.ff.de ædil.edic.& idē eſt in libris mēdoſis vēditis,vt eſt gl.in d.l.j.de ædil.edi.& Bal.in l.j.C.eo.tit.& ad oīa ſupradicta. vide Ang.Are.in §.in duplū.col.iiij.ver.& primo quæro.inſti.de act.vbi ponit plures ſingulares q.quando venditor teneatur de vitio,& modo rei venditæ:maximè vbi expreſsit vitium quod habebat cum pluribus quæ non habebat.& Cyn.Bald.& Saly.in d.l.j.C.de ædil.act.& Spec.tit.de emp.& vend.§.nunc dicendum.& Ange.Aret.in §. præterum edicta. inſti. de iure natur.& Abb.Sicul.ſing.& ibi de Belenz.in addit.in ca.in inſtit.de rerum permut.& Chriſtoph.Porc.inſtit.de ſuſpec.tuto.col.vlt.& deciſ.Capel.Tholoſ.ccccvij.

B Adde ad iſtam q.Bart.& Bal.in d.l.j.§.vēditor.de act.emp.& Bart in l.tenetur.§.fi.eo.tit.vbi non valet etiam pactum,ꝙ de electione nō teneatur vēditor.& Bal.in l.ſi traditio.in v.q.C.de act.empt.& in l.non dubitatur.& ibi Cyn. C.de euict.& vide Spec.in d.tit.de emp.§.nunc dicendum.verſi.quid ſi venditor equi.cū ver.ſeq.& Doct.s̃.in præcedēti apoſtil.alleg.& Ang.Peruſ.& Alex.Imol.in l.ſi quis cū aliter.col.vlt.ver.vlt.tene menti.ff.de ver.obli.& pulchrè Bar.& ibi Alexan.in addit.in l.emptorem.§.qui autē.ff.de act.empt.& Ioan.And.in addit.Spec.de empt.§.fin.in princ.& Bald.in l.j.C.de peric.& commod.rei ven.& Ludo.de Rom.in ſuis ſing.fol.10.colū.iiij.& Lud.Bol.in ſuis primis interpret.in l. quæ libertatis.ff. de euict.& deciſ.Capel.Thol.cclxj.





ergo ſi adultera ſciuit, & poſtea nupſit ſine denuntiatio-
ne,non nocet ei ſcientia.vt ff.de adul.l.denuntiaſſe.circa
prin.Dici poſſet ꝙ ius illud quod per denuntiationē re-
ſeruare intendebat,erat odioſum,& ideo ſola ſciētia ſine
denuntiatione non prodeſt.Sed contra hanc ſolutionem
eſt ff.de pet.hær.l.item veniunt.§.petitam.†Nam & ibi
4 agebatur de re odioſa,id eſt de bonæ fidei poſſeſſore ef-
ficiendo malę fidei,& tamen ſcientia ſine denuntiatione
operatur illud,quod operaretur denūtiatio. quare dicen
dum videtur ꝙ in his in quibus denuntiatio eſt de ſub-
ſtantia,nō ſufficit ſimplex ſcientia.vt in d.l.denūtiaſſe.&
ideo eſt neceſſaria denūtiatio.in his autem in quibus ſo-
la ſcientia eſt de ſubſtantia non eſt neceſſaria ſcienti de-
nuntiatio:vt d.l.j.in fi.de act.emp.& de ædi.edic.l.j.§.in-
5 telligatur.†In dubio autem præſumendū videtur potius
A ſcientiā eſſe de ſubſtantia,[a] q̄ denuntiationē,cùm denun
tiationes fieri ſoleāt ad hoc ſolùm,vt q erat incertus cer-
tificetur.& in iſto dubio loquitur iſta regula.& d.l.itē ve
niunt.§.petitā.& quod vi aut clā.l.qui aliter.§.aut fortè.

## In reg.Non licet. Argumenta.

1 *Dilatio concedi debet reo,quæ conceditur actori.*
2 *Actori negatur,quod reo non conceditur.*
3 *Reus ordinarium ſuum recuſare non poteſt, actor vnum de pluribus eligere poteſt.*

A Adde ꝙ Bar.in l.j.§.fi.ff.de act.emp.reprehen.Dy.hic, vbi dicit ꝙ quandoque denuntiatio fit ſolum ad certificandū aliquem,non ad alium finem,& tūc ille qui eſt certus non debet certiorari:vt d.l.j.§.fi.& hac regula.& l.itē veniūt.§.petitam.hic all.quandoq; denuntiatio fit vt incitetur ille cui fit denuntiatio ad aliquod faciendū,vt ſi denuntietur vēditori ꝙ mouetur lis emptori vt veniat ad defendendū emptorem : tūc ſcienti eſt denūtiandū ꝙ defendat: vt l.qui abſentē.& ibi Bar.ff.de procur. & caſus eſt in d. l. denuntiaſſe. in princ. & tenent Bar.Bal. & Sal. in l.j.C.de peri. rei ven.& idem tenet Bart. in l. emptor. C. de euict.licet Cyn. ibi.in iij. qō.ſequatur Dy. hic ſequitur Bar.& in l.emp.act. e. titul. & ibi vide Bar.& Alex. & Bal.Soci.in l.ij.§.fi.col.v. in gl. in verb.ſcire.ff.ſol.mat. vbi doctor.ſequuntur Bart.& vide latè Alexan. poſt Bar. in l.non ſolùm.§.morte.in vlti.chart. ff.de no.oper.nunt.& Bar.& Bal.in l.item veniunt.§.petitam.hîc alleg.& ibi Alexan.in addit.ad Bart.& tenet Abb.Sicul.opin.Bart.in c.fi.in gl.j.de contrah.emp.& ibi de Belenzi.in addit.vbi ponit tres limitationes quas poſuerat Alex.in d.l.ij.§.fi.ff.ſol.matr.& vide Bart.in l.qui vxori.§.quid ergo.ff.de adult.& tenet Spec.tit. de emp.§.fin.in fi.licet Ioan.And.ibi in addit.repetat dicta Dyn.hîc.& non apertè decidit.& idem gloſſ.Bald.& Cardin.Alexand.in cap.ſi de feudo vaſal.ab aliquo interpel.fuerit & quomodo ſit facienda denuntiatio venditori.vide ibi & doct.s̃.alleg. in l.empt.C.de euict.& Ang.in l.libera.C.de ſentent.& interloc.omnium iudicum. vbi opin.Barto.dicit non ſeruari de conſuetudine.& Bald.in l.cum quæſtio.C.de euict.& in dicta l.emptor.adde gloſſ.& Ludo.Bolog.in ſuis primis interpret.in clemen.cauſam.in fin.de elect.& Ang.conſil.clxxxvj.incip.in facto.& Fel.in cap.cum contingat.colum.iij.vſque ad fin.de reſcript.& in cap.cùm M.Ferrarienſis.col.xxij.in fin.de conſtit.& deciſ.Capel.Tholo.cccccvij.

4 *Actor reo iudicem ſuum auferre poteſt.*
5 *Reus an audiri debeat probare volens ad ſe pertinere ſi actor in probatione defecerit.*

REGVLA XXXII.

## NON *licet actori quod reo licitum non exiſtit.*

¶LEGISTAE ponunt exemplum iſtius regulæ, ꝙ ſi 1
actori petenti datur dilatio propter teſtes, ergo & reo.
quod exemplum locum haberet ſi regula poneretur af-
firmatiuè: videlicet quod licet actori, licere debet & reo,
& multò plus vt patet in exceptionibus opponendis. ſ.
eo.c.nullus.& ff.eo.l.nemo ex iis. Et in numero dilatio-
num: vt C.de temp.in integ.reſt.l.petendæ.& ff.de fer.l.
in pecuniariis.[a] & in pluribus aliis.†Eſt ergo exemplum A
conueniens vt ſi denegatur reo poteſtas producẽdi teſtes 2
poſt didicita teſtificata ergo & actori. vt in auth. de teſti.
§. illud tamen. col.vij. quia communiter loquitur de v-
troque. quia rei conditio fauorabilior eſt, quàm actoris.
Item ſi reo non licet reuocare procuratorem poſt litem
conteſtatam: ergo nec actori. vt ff.de procu. l.poſt litem.
l.quæ omnia. ¶Opponi autem poteſt ad regulam dupli
citer,& de duobus quæri poteſt.†primò, quia videtur ꝙ 3
plus liceat actori quàm reo, certum eſt ꝙ reus non po-
teſt ordinarium ſuum recuſare. C.de iuriſd.omnium iu.
l.nemo.& tamen actor eligere poteſt vnum de pluribus
ordinariis rei,& conſequenter aliũ recuſare. vt C.de epi.
& cler.l.cum clericis.in princ. Sed dici poteſt ꝙ cùm om
nis diffinitio in iure noſtro periculoſa ſit, ſicut & pleræ-
que fallunt quandoque,& hęc ita. ¶†Item opponitur ꝙ 4
actor poteſt auferre reo iudicem ſuum per reſcriptũ ad
extraordinarium iudicem impetratum: vt C.de dilat. l.ſi
quando. Et tamen non licet reo ſuper hoc reſcriptũ im-
petrare. vt in auth. vt omnes obe.iu.§.hæc conſiderantes.
col.v.& C.vbi de cri,agi opor.auth.qua in prouincia. So
lutio vt in princ. Quæri autem poteſt ſi actor ſit paratus
probare de iure dominij rei de qua agitur,& reus eodem
tempore ſuper iure dominij probationes offert, quis eo
rum præferendus ſit in probãdo? & videtur ꝙ reus: quia
in iure pari fauorabilior eſt eius cauſa. vt ĩ.eod.cap.in re
pari.& ff.de verb.oblig.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.& de doli
excep.l.apud Celſum.§.Marcellus.& videtur expreſſum
C.de inoff.teſta.l.liberi.& ff.de prob.l.circa. & de liber.
cauſ.

A Adde ibi docto.& not.ꝙ in cauſis ciuilibus quo ad dilationes dãdas, quãuis reo non poſſint dari plures rationes numero quàm actori. & eſt ratio: quia dilationes ſunt cõmunes: vt l.petendæ.& Cy.Bar.Bal.C. de temp. in int. reſt. hîc alle. tamẽ poſſunt maiores & longiores dare reo quàm actori gl. eſt celebris in l. ſicut. §. ſed ſi queratur.in gl. j.ff. ſi ſer.vend. quam ibi ſequitur Bar. & Bal. de quo vide Ber. de Bellen. in addit. Abb.in c.duobus.de re. & adde not.per Dyn. & quæ ibi dico in addit.in regul cum iura par.ĩ.eod.

Adde Lanfr. de Oria.in cap. quoniam cõtra falſam. §. dilationes.nume.4. ver.ſed pone.& ibi poſui in apoſtil.de proba.& dixi in apoſt.ad Pan.in procem. decre.nu.8.ver. in glo. in verſi. qua ceſſante.



A Adde quòd idem tenet Ang. Aret.in §.ſi minus.col.viij.verſicu.quomodo.inſt. de act.pro quo alleg.tex.in l.exceptionem.cum ibi not.per glo.& doct. C. de prob. & hoc in cauſis ordinariis: ſecus in cauſis ſummariis: quia tũc dilationes debet abbreuiari,& terminus ad probandum pariter dabitur reo, & actori. vt habetur in cle.ſæpe.de verb.ſign.ſecundũ eum.& ita tenet gl.Bar.& Bal.in l.circa. ff.de prob. & ibi Floria. & Cy. in l.acto. in vj.q.C.de prob. vide Bald. in l. fruſtra. in fi.C. de prob. & in l. ij. C.ſi intr.cer. tempus.trina q. terminetur. ſed hodie in regno Franciæ plebiſcitatur ad omnes fines,& admittũtur actor & reus ad probandum, & qui melius probat ille obtinet. ſecus in cauſis ſummariis.

cau.l.cum neceſsitas.ſed credo ſequendam eſſe opi.Azo.
videlicet ꝙ ex ordine primò recipiantur probationes
A actoris, poſteà probationes rei. [a] argu.C.de fal.l.fin.
5 ¶†Item ſolet quæri nunquid in qualibet cauſa audiatur
reus, ſi velit probare rem ad ſe pertinere actore in pro-
batione deficiente? & videtur ꝙ non: quia cùm in vtroq;
caſu ſequatur abſolutoria. vt C.de eden.l.qui accuſare.&
de rei vend.l.vlt.& inſt.de interd.§.commodum. videtur
ſua non intereſſe,& propterea nõ audiendus.C.de prob.
l.ad probationem. Sed dicendum eſt ſua intereſſe: quia ſi
B probat rem ſuam eſſe conſequitur ius [b] agendi. aliàs con
ſequitur ſolùm ius excipiendi: vt ff.de iureiu. l.ſed ſi poſ
ſeſſori.& ideo auditur.arg.ff.de prob.l.circa.ĩ.de proba.
quoniam contra.& quia regulariter quod licet actori li-
cere debet reo, vt dictum eſt.

### In reg. Mutare. Argumenta.

1 *Eligens, conſilium mutare non poteſt in detrimentũ electi.*
2 *Mandatum reuocare licet,& conſilium mutare.*
3 *Variare licet quandoque,& ſic conſilium mutare.*
4 *Variatio quando & in quibus permittatur.*
5 *Filius qui hæreditatem paternam repudiauit, an poßit ad eandem reſtitui.*

REGVLA XXXIII.

## MVTARE *conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.*

1 ¶†IN eligente commodè poni poteſt exemplum, qui
non poteſt mutare conſilium in detrimẽtum electi poſt
ſcrutinium publicatũ, cum per electionem quæſitum ſit

B Adde ꝙ idẽ tenet gl.& doc. ſ. proxi. poſtil. alleg.& Cyn.in d.l. actor. in v. q.& gl.fin.C. de fal.& gl.in c.ex inſinuatione. in fi.de proc.vo ſẽdo gl.Dy.hîc & doc. ſupradicti, ꝙ ſi reus probauit rem ſuam eſſe, ꝙ iudex debet declarare eum dominum. & idem Inn.in c.ex conqueſtione.de reſt.ſpol.ſed Hoſt.ibi tenet contrarium. & Bal.in d.l. circa.in antiqua lect.& Abb.Sicu.in d.c.ex conqueſtione.in iiij.q.poſt plura verba tamen Flor.in d.l.circa.ad fi.dicit ꝙ opi.Dyn.& ſequacium eſt vera & communis. vnde dicit ibi Bar. ꝙ ad euitandas opi.debet addi clauſula nõ ſe aſtringens,de qua dixi in reg.nullus.in prima addi. Adde Bal.in materia in d.l.fruſtra.in ij.oppo.de proba.C.& Ang.Aret.in §.j.col.pe.ver.in gl.dicat & ibi Iaſ.de May.col.xix.inſt.de act.& Abb.& Fel.in c.cum cauſam.in princ.de re iud.

elect•

A Adde Bart.& ibi Alex.in addit.in l.cum quis.§.ſi debitorem.ff.de ſolut.& pulchrè Felin.in c.ex parte decani.col.viij.cum ſeq.vſque ad fin.de reſcrip.vbi videas quando reuocatio procuratoris non fuit notificata parti vel procuratori ad recipiendum debitum vel renuntiandum beneficium in manibus ſuperioris conſtituto noceat.& ibi bene no.plures ampliationes & limitationes ad cle.j.de renun.& Ludo.Bolog.in ca. auditis.de prec.& in c.ij.eo.tit. in primis interpret. & Hippo. de Marſ. in ſuo ſing.lviij.

Adde an procurator reuocatus obliget dominum ipſum, & dic quod ſic.per tex.ſingularem in l.ſed & pupillus. verſicul.ſed alius.iuncta ſua glo.ff.de inſtit. quoniā ad hoc pro ſingulari refert Ro. ſing. ſuo cccclxxiij. incip. variāt cōtinuè. Et an procuratori ad negotia cōſtituto reuocatio abſque notificatione, an dānificatus poſſit agere ad intereſſe cōtra reuocātē. & dic quod aget act. de dolo.vt eſt caſus ſingul.in l.quidam debitor. iuncta glo.in verſicul.j.ſecundum Barto.& Ludouic.ibi ff.de dolo.refert & ſequitur Roman.ſingular.cclxxxvj.incip. procurator ad negotia.

electo ius petendæ confirmationis.vt ſ.de elect.c.publicato.& de elect.c.nulli licere.lib.vj.& de opt.leg. l.apud Aufidium.item poni poteſt in iudicante,& contrahente, & in confitente,de quibus omnibus plenè per omnia dictum eſt ſ.eod.c.quod ſemel. & ideo ibi dicta hic repeti
poſſent.† Sed & opponitur,& videtur quod licet mutare cō 2
ſilium:quia certum eſt quod licet reuocare mandatū re integra:ergo licet mutare conſiliū.vt ff.mand.l.ſi tibi mandauero. §.ſicuti. Sed dicendum eſt quod reuocatio procedit ſine detrimento alterius:quia ſi ignoratur reuocatū, re-
uocatio nō affert damnum ignoranti.ᵃ vt ff.de ſol.l.cùm A
quis.§.ſi debitorem.& de dona.l.hoc iure.§.ſi quis dederit.ſi ſciuit damnum ſua culpa ſentit, & ideo fictione iu-
ris ſentire non videtur,vt in regula iuris.† Item oppo.& 3
videtur, quod liceat variare & conſequenter conſilium mutare,vt ff.de collat.l.nonnunquam.& rerum amota. l.de rebus.& de act.emp.& vend.l.ſi ſterilis. §.vlt.& de liber.
leg.l.Aurelius.§.pe. † Sed dicendum eſt. ᵇ quod aut varietas 4
deprehenditur circa eandem rem,aut circa diuerſas, quæ B
nullam connexitatem habent:aut circa diuerſas quæ ratione connexitatis habētur eiuſdem loco.Primo caſu eſt prohibita variatio, vt hic.& ſ.eod.cap.quod ſemel. & ff. de lega.j.l.ſerui electione.& l.huius.§.Stichum.& de le-
gatis ij.l.ſtatuliberum.§.Stichum.& de bon.liber. l.nam 5
abſurdum.†fallit in filio ᶜ cui fauetur circa hæreditatem C

B Adde quando quis poſſit mutare conſilium Bal.conſi.cccliij.lib.iij.& Dy.& ibi Bar.in l.de rebus.& ibi Alex.in addi.ff.rerum amo.& Bald.& mod. in l.ſi cum dotem.§.eodem tempore.ff.ſolut.mat. Et not.quòd licet conſultori qui malè conſuluit mutare conſilium vt not.Bald.in l.fin.§.ſed cum in ſecundam.C.de furt.& ibi Alexan.in addi.& Bal.Ioan.Fab.& Ange.Aret.in §.his itaque.in fin.inſt.de iuſti.& iure.& Barto.in l.ſerui electione.in princ.ff.de leg.j.& in l.ſi ſterilis.§.fin.ff.de act. emp.Et in varietate doctorum & ſanctorum quid tenendum, vide Felin.in cap.ne innita.col j.verſic.fallit ij.de conſtit.& in cap.j.de præſumpt.

C Filio, etiam emancipato, quia hodie bona ſuorum extenſa ad omnes liberos

patern



paternam,licet videatur ſemel repudiaſſe: vt ff.de colla. bo.l.nonnunquam.& de iure delib.l.ſi quis ſeruus. & C. de repu.hæredi.l.fi.in ſecundo caſu variatio admittitur: vt d.l.ſi ſterilis.§.fi.& rer.amota.l.de rebus. Tertio caſu reprobatur:vt ff.de procu.l.in cauſæ. & de vſur.l.Caius. & de dam.infect.l.prætor.§.vnde quæritur. & de admi. tuto.l.cùm quæritur. Dyn.

& cōſequenter idē in filia per §. nulla.in authen.de hæred. ab inteſta.facit Bar.Iaſ.l.iij.C. de iuris & fact. igno.vbi dixi in lecturā ea Tubingenſi. quod not.ad ampliationem d.l.vlt. vltra ea quæ Guil. Benedict. Repet. ca.Raynutius. verſicu. mortuo itaque teſtator.cap.ij. num.127.Latius dixi in conſuet. Pariſ. §.cxxvij. C.M.

## In reg.Generi.Argumenta.

1 *Generi per ſpeciem derogatur in legatis.*
2 *Legato generis quo caſu per ſpeciem non derogetur. & nu. ſequen.*
5 *Legatum de duabus ſtatuis marmoreis, & item de omni marmore factum, qualiter intelligendum.*
6 *Genus quando reſtringatur per ſpeciem, aut contra.*
7 *Specierum enumeratio quando genus reſtringat ad enumeratas.*
8 *Species quando dicantur enumeratæ gratia dubitationis tollendæ.*
9 *Legatum horti inſtructi qualiter debeat intelligi.*
10 *Genus an quandoque deroget ſpeciei.*
11 *Enumeratio generalis ſpecierum an operetur idem quod ſpecialis.*
12 *Species an reſtringat genus in inſtitutionibus.*
13 *Subſtitutio ſpecialis an deroget generali.*
14 *Contractus ſpecialis quando deroget generali.*
15 *Conſtitutio generalis pontificis Romani non derogat ſpecialibus ſtatutis locorum.*
16 *Conſtitutio non extenditur ad nō recitata, & quæ in facto alieno cōſiſtunt.*
17 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali.*

## REGVLA XXXIIII.

GENERI *per ſpeciem derogatur.*

¶EXEMPLA iſtius regulæ poni poſſunt in legatis, & in ſubſti-
1 tutionibus & contractibus & in legumlatoribus,& in reſcriptis. † In legatis,quia ſi teſtator legauit vni ſpeciē, & alteri genus, generi per ſpeciem derogatur.ff.de leg.iij.l.vxorem.§.feliciſſimo.& l.ſeruis vrbanis. §.vlt. Item ſi legat libertis alimenta in genere, & vni libertorum legat alimenta in ſpecie,ille cui legatur in ſpecie,non admittitur ad legatum generale:vt ff.de alimen.& ciba.leg.l.alimenta.§.baſilicæ.& l.Stichus. in prin. Sed opp. & videtur quòd generi per ſpeciem non derogetur.
2 † Nam ſi teſtator legat vni genus, & eidem ſpeciem , per enumerationem ſpecierum non derogatur legato generis: vt ff. de fund. inſtru.l. quæſitum. §.vltimo.

A Adde ad nota. hîc per Dyn. quando in legatis per ſpeciem generi derogetur pulchrè Bar. in l. quæſitum. §. vlt. de fund. inſtr. hîc alleg. qui late tractat hanc materiam per quatuor quæſtiones prius pro euidentia materiæ declarando qualiter hic aſſumatur genus, ſpecies, & indiuiduum. & in hac materia vide ibi Alexan. in addit. & hic Io. And. & Moder. & Bar. in l. ſi dominus. ff. de leg. j. Abb. Sicu. in c. j. & Latius in c. paſtoralis. §. quoniam. colū. j. de reſcriptis. & ibi Felyn. in princ. & vide Doct. in ſequen. addit. & Bar. & Alexan. in l. j. §. hoc autem. ff. de nouis oper. nun. & vltra prædicta in legatis, vide Dynum in l. cum quæſtio. C. de lega. & Bart in l. alimen. §. baſilicæ. §. l. libertis quos. in princi. & l. Stichus. ff. de aliment. & cibar. lega. & Bald. in l. Titiæ textores. in princi. ff. de lega. j. & in materia, Ludo. Bolog. in l. quoniam. C. de conuenie. fiſci deb. libr. x. in primis interpretat. & Bal. conſi. xxxiij. incipien. ad euidentiā. verſi. ij. premittendū lib. j. & in conſi. lxv. & in conſi. clx. eod. lib. & in conſ. ccclxxxv. col. ij. lib. iiij. & Abb. Sic. in c. ex parte. el j. de of. dele. & Pau. de Caſt. in conſi. clxxvij. in nouis. & Ang. in conſi. ccclv. in j. & ij. col. inci. quæſtio prædicta.

Adde omnino quod notaui in tract. meo clauſularum. in prin. in verſi. clauſula generalis. & dixi in apoſtil. ad Card. in cle. j. in verbo generi. in prin. de præben. & illis adde quod notaui in apoſtil. ſequen.

¶ † Dicunt [a] quidā quòd aut legatur vni genus, & alteri 3
ſpecies, & tunc generi per ſpeciem derogatur: aut lega- A
tur vni & eidem genus & ſpecies, & tunc generi per ſpeciem non derogatur, quaſi ſpecies ex abūdanti videatur appoui: vt in l. quæſitum. quod falſum eſſe apertè apparet: quia in l. cùm de lanionis. §. ſi cui fundum. & §. quidam. & §. ſæpe. in prin. ff. de fun. inſtru. eidem legauerat genus & ſpeciē. & tamen generi per ſpeciem derogatur, quia legatum generis reſtrictum videtur ad ſpecies enumeratas. & idem probatur de ſupel. leg. l. legata. & ideo
videtur latius diſtinguendum quàm Glo. iuris ciuilis di-
ſtinguāt: † quia aut teſtator legat vni genus, & alteri ſpe- 4
ciem: aut legat eidem genus & ſpeciem. ſi vni genus, & alteri ſpeciem, generi per ſpeciē derogatur: vt d. l. §. vxorem felicisſimo. ſiue primò genus, & poſteà ſpecies: ſiue primò ſpecies & poſteà genus legatur: vt ff. de manu. teſta. l. ſi peculium. & d. l. quæſitum. §. vlt. In ſecundo caſu, ſcilicet legat quando eidem genus & ſpeciem, aut extra legatum generis enumerat ſpeciem: aut enumerat indiuidua, quæ ſub certa ſpecie eiuſdem generis cōtinentur. ſi enumerat indiuidua, enumeratio operatur quòd legatum generis non extenditur ad alia indiuidua quæ ſub eadem ſpecie continentur, ſiue præcedat legatum generis & ſequatur enumeratio indiuiduorum, ſiue econtrà.
† Verbi gratia: lego Titio duas ſtatuas marmoreas. Item 5
omne marmor. Et licet ſimiles ſtatuas marmoreas habeam, nulla cedit in legatū præter duas: vt ff. de lega. iij. in l. hæres meus. §. j. & de fund. inſtru. l. cum de lanionis. §. ſi cui fundum. & de auro & arg. leg. l. j. §. item ſi duo. Si verò enumerat ſpecies indiuidua continentes: aut primò ſpecies, & poſteà copulatiuè genus: aut econtrà primò

genus,



genus, & poſteà ſpecies. Primo caſu videtur ampliare legatum & non reſtringere: vt ff. de leg. iij. l. hoc legatum. & l. ea tamen.

¶ Sed cōtra iſtud membrum diſtinctionis videtur aper-
A tè. ff. de vino triti. & oleo leg. l. ſi. §. cui dulcia. [a] † Nam
6 ibi primò enumerantur ſpecies, & poſteà genus: & per enumerationem ſpecierum reſtringitur ſignificatio generis. ſed illud ibi non contingit propter enumerationem præcedentem ſpecierum: ſed propter naturam copulatiuæ, & rei copulatæ, vt ibi apparet dum dicit, ex collectione vini, &c. & argu. de fundo inſtru. l. ſæpe. §. Caio. Secundo caſu quando primo genus, & poſteà ſpecies, & tunc habet locum diſtinctio gloſſæ iuris Ciuilis poſita in prælleg. l. quæſitum. §. vltimo. quia aut ſpecies enumerantur ab errāte, aut à ſciente: ſi ab errante, enumeratio nihil operatur. & ideo legato generali relicto non videtur detractum: vt ff. de ſupell. lega. l. legata. in prin. ſi à ſciente, aut cauſa dubitationis tollendæ, aut
7 cauſa limitationis, aut dubitatur. † Primo caſu ſpecies ex abundanti enumerantur: quia potiùs ad maiorem euidentiam videntur enumerari: quàm vt derogetur legato generis: vt ff. de auro & arg. leg. l. pediculis. §. Labeo. & ff. eo. l. quæ dubitationis. Secundo caſu legatum videtur reſtringi ad ſpecies enumeratas, & ideo genus ex abundanti exprimitur, cùm eius expreſsio nihil operetur: vt de fundo inſtru. leg. l. cùm de lanionis. §. quidam. & l. Seiæ. in prin. & de ſupelle. lega. l. legata. j. ij. & iij. re-
8 ſponſo. † Tertio caſu quando dubitatur, dicendum eſt potiùs quòd gratia tollendæ dubitationis videatur exprimere ſpecies, & ideo legatum generis non diminuitur: vt d. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. qui propriè loqui videtur in caſu dubio. Quid autem ſi vni legaret ſub nomine vniuerſaliori, alij ſub nomine minus vniuerſali? di-
B co quòd vniuerſalius habetur loco generis, minus [b] vniuer-
ſale habetur loco ſpeciei: & ideo per minus vniuerſale
9 derogatur vniuerſaliori, ſicut generi per ſpeciē. † Verbi
gratia: ſi filio legat hortū inſtructum: filiæ verò argentum muliebre quod in horto habuit, illud ad filiam per-

A Adde ibi Bar. quādo enumeratio ſpeciei reſtringat ſignificationem generis. Abb. Sicu. in ca. ſedes. col. iij. & vlt. de reſcrip. vbi alleg. hic Dyn. & ibi vide ſing. Fely. col. ij. verſi. clauſula generalis. & Bal. in l. quoties. C. de fal. & Doct. ſ. alleg. in præce. addit. & Bald. conſi. cclx. in iij. volu. & in conſil. ccvij. eo. lib. & in conſil. ccciij. col. ij. ver. ſequitur. lib. ij. & in conſi. cccxviij. eo. volu.

Adde Guil. de Cug. in l. fin. num. 3. in verſi. generi per ſpeciem derogat. C. de fer. Rebuf. l. decurionibus. nu. 3. in §. ſpeciali. D. de ſilētiar. & decurionib. lib. xij. Dyn. l. libertis. in verſi. per ſpeciē derogatur. de adi. leg. gl. generalis. in l. vxorem. §. feliciſsimo. in verb. derogat. de leg. iij. Bart. in l. quæſitum. §. ſi quis fundū. in verſi. tractatus. poſt Alexan. & alios. ff. de fundo inſtruct.

B Minus. Idem Alex. conſi. lxv. nu. 7. lib. vij. vbi in annot. dixi. Phi. Deci. conſi. xviij. col. j. cōſi. xliij. in ſi. conſ. ccclxxij. nu. 4. Hier. Grat. cōſi. cxxxviij. nu. 14. lib. ij. C. M.

M 2 tinebit:

tinebit:vt ff.de fun.inſtr.l.quæſitum.§.quæſitum.& arg. de leg.iij.l.vxorem.§.codicillis. & de pecul.l.ſeruo manumiſſo.& de auro & argen.lega.l.j.§.idem cùm alteri. Item opponitur ad regulam, & videtur † quòd speciei 10
per genus derogatur,& nonè conuerſo:quia ſi primò lego alimenta quibuſdam libertis, poſteà lego alimenta omnibus,per generalem videtur eſſe receſſum à ſpeciali:vt ff.de alimen.lega.l.libertis.Dicendum eſt quòd aut generale & ſpeciale exprimuntur in eadem voluntate, aut in diuerſis:ſi in eadem voluntate a,tunc ſpecialis de- A
rogat generali, ſiue præcedat,ſiue ſequatur : vt ff.de alimen.lega.l.alimenta.§.Baſilicæ.& l.Stichus.in princ. Si in diuerſis,poſterius derogat priori:vt dicta l.libertis.in prin.Secundo b caſu ſiue exprimatur in eadem volunta- B
te,ſiue in diuerſis:item ſiue præcedat generale,ſiue ſpeciale, ſpeciale derogat generali : vt ff.de lega.iij.l.vxorem. §. codicillis. in tertio caſu videtur neutrum alteri derogare.ff.de alimen.leg.l.alia.in fine.de annuis lega. l.Titia.§.qui Marco. † Item opponitur,& videtur quòd 11
ſpecierum expreſsio generalis nihil operetur:quia quod operatur expreſsio ſingularum ſpecierum,operatur ſola expreſsio generis ſub qua ſpecies continentur : vt ff. de lega.iij.l.ſi chorus.in prin. & de vſu & habita.l.ſi ita. in princ. Reſpondeo & dico quòd vbi ſolum genus exprimitur,tunc perinde habetur ac ſi exprimerentur ſingulæ ſpecies in genere comprehenſæ,vt in prꝏalleg.l.ſi chorus.ſed vbi exprimitur genus & ſpecies,habet locum diſtinctio ſupradicta. † In ſubſtitutionibus autem poſ- 12
ſet poni hoc modo exemplum : pone, teſtator inſtituit patrem & filium inſolidum in vna parte, & eos inuicem ſubſtituit.Secūdò inſtituit alios hæredes ex reliquis partibus. Tertiò dicit, omnes inuicem ſubſtituo.iſta enim ſubſtitutio generalis,non extenditur ad patrē & filium, qui erant inuicem ſubſtituti:vt ff.de vulg.& pupil.ſubſt. l.cohæredi. §.qui patrem c. † Sed contra hoc videtur ff. C
ad Trebel.l.vlt.vbi per ſubſtitutionē ſpecialem non de- 13
rogatur generali.Sed ibi erant ſpecies ſubſtitutionis diuerſæ: quia prima ſpecialis erat vulgaris ſiue reciproca, ſecunda generalis erat & fideicommiſſaria. ſed in §.qui

A Adde Bart. in l. quæſitum. col.iiij.ver.venio ad ſecundā q.&videtur hic eſſe defectus in diſtinctiōe Dy. vt potes videre.vide Bart.in l.ſi conſul.de adoptio.& Dyn. in l.Titia.§.qui Marco.aliàs incipiē.l.qui Marco. ff.de an.leg. & in l.doli clauſula. & ibi Ioā. And.Imol ff.de verb. obli. poſt Bar.& Bal.

B Secūdo. Qđ ſit iſtud & tertium membrū ſuperuacuū, & ancipitis laboris exiſtimatū, & Alberic.Bar. & aliis antiquis ſupplere,cū iſtę diſtinctiones erroneę ſint,quia ex particularibus exēplis legum, quæ non ſunt factę ad finem regularū perperā fabricanē diſtinctiones, omnia cōplectentes, ſed circūſtantiæ ſui cuiuſq; caſus attendi debent,vt ſæpe dixi.C.M.

C Adde ibi Bar. Bal. & Alex. & Bar.in d.l.quæſitum. §. vlti. & Bar.in d.l.fi.ff.ad Trebel,aliter ſoluit arg.quàm Dyn. hic, vt ibi per eum vide.

patrem.



patrem.ſpecialis & generalis erāt eiuſdem generis, quia vtraque vulgaris ſiue reciproca,& ideo generali deroga-
14 tur per ſpecialem.† in contractibus autem patet exemplum.ff.de verbo.oblig.l.doli clauſula.& l.ſtipulationes commodiſsimum quia ſi ſtipulor ab aliquo librum ſcribi de die,& non de nocte,per ſe, & non per diſcipulum, & dolum generaliter nō committi, & ipſe ſcribat per alium æquæ malum,non per diſcipulum, committitur ſtipulatio ex generali clauſula de dolo:ſed ad caſum in ſtipulatione expreſſum non pertinet.In legumlatoribus
A patet exemplum.ff.de pœn.l.ſanctio legum.a Item s̃.de
15 conſtit.c.j.lib.vj.† vbi per cōſtitutionem generalem editam à Romano Pontifice, non derogat ſpecialibus ſtatutis rationalibus aliorū locorum, niſi in conſtitutione generali contrarium caueatur expreſsè.Sed contrà videtur ff.de ſepul.viol.l.iij.§.diuus.vbi per reſcriptum imperiale ſequens,derogatur conſuetudini ſpeciali alicuius loci: ſed prout variis modis text.intelligitur. poteſt variè reſponderi.Vel poteſt dici quòd s̃.de conſtit.c.j.eſt ius nouiſsimum iure canonum introductum, & rationabiliter:
16 †quia ſtatuta locorum & conſuetudines in facto conſiſtunt:& veriſimile eſt Roma.Pontificē ignorare ea quæ in alieno facto conſiſtunt:ideo non videtur voluiſſe conſtitutionem extendi ad ea tollenda quæ ignorauit, cùm conſtitutio extendi non debet ad tollenda ea de quibus conſtituens non cogitauit,vel non eſt veriſimile cogitaſſe.arg.ff.de tranſac.l.cùm Aquiliana.& l.qui cum tutoribus.§.j.& §.fi.& l.non eſt ferendus.& de cōtrahen.empt. & vendit.l.in lege.& de acquirē.hæredit.l.nec is.& l.ſi is

A Adde quando in diſpoſitionibus legalibus ſpecialis deroget generali. Dyn. & quæ ibi dixi in addit.in regula, poſſeſſor.fol.17.Barto.& Alexand.in l.j.§.hoc autem. de no.oper.nuntia.& Alexand.in conſil.xix.colum.verſicu.vltra prædicta. libro ij.& Barto.in l.libertis quos.in princip.ff.de aliment.legat.& in l.ſanctio legum.ff.de pœnis.& ibi Alexand.in addit.& quòd Bald.Angel.& Salyc.in l.qui ſepulchra. C. de ſepulch.viol. & Angel.Areti. in tract. Malefi.in glo.capi.t à ſpatulis.in ij.quæſtio.& ibi Ang. Aretin. & Bernar. Landri.in addit. & Bald. conſil.ccxx.col. penult. verſicu. quædam alia fuerunt. lib. iij. & vide amplê per Doct.s̃.proximè alleg.quādo pœna ſtatuti tollat pœnā iuris communis, vel ecōtrà. de quo vide quæ dixi in §. xvj.in gloſſ.j. de iuriſdict.omnium iudic.& Barto.in diſputatione ſua incipiente, Piſanæ ciuitatis.colum.ij. verſicu. viij.& Barto.in l. de quibus.ff. de lega.col.iij. ver.oppo.ad fi. & ibi Alexand. in addit.& etiā Bartol.in colū. iij.in princip.ponunt quòd conſuetudines conſiſtunt in facto,& maximè per Barto.& Alex.ibi in addit.in ij.q.& amplè ibi per Doctor.modernos.& Docto.in l.ij. C.quæ ſit longa conſuetudo.

Adde deductis hîc,Bal.omnino in l.ea quidem.ad fi.& quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum.in ver.generalis infamia.C.de accuſat.& ad materiā ſtatutorū.an generale reſtringatur per ſpeciale, vide omnino Alex.conſi.ſuo ciij. & ſeq.volu.iiij.

M 3 ad quem,

A Adde Abb.& Fely.ſ.in j.& ij.addit.alleg.Et quid in priuilegijs.vide text.in cū veniens.de præſcript.cum ibi plenè not.& Ludo.Bolog.in dicta l.quoniam.de cō ne.fiſc.deb.& ad omnia dicta hîc per Dyn.vide Angel.in conſil.cx.col.j.verſicu. porrò.& in conſi.ccxxiij.

Adde bonū text.quod & ibi not.in l.alimenta.§.baſilicæ.ff.de ali.leg.& in l.hæres.§.j.ff.de fundo inſtruc.Bar. in l.ſi ſeruus cōmunis.ff.de ſtipul.ſeru.& Petrus de Peruſ.in tract.de quarta epiſco.c.ix.col. viij.

ad quem.† In reſcriptis patet etiam [a] quòd ſpeciale derogat generali. vt ſ.de præbend.c.dudum.& c.quamuis tibi.lib.vj.quæ dicta ſunt ſuperiùs in legatis trahi poſ ſunt facile ad reſcripta. Dyn. 17 A

## In reg.Plus ſemper.Argumenta.

1 *Quarta bonorum debetur,ſi eandem legare intendens dimidiam errore ſcripſerit.*

2 *Sententia à pluribus lata, valet in eo, in quo omnes conſenſerunt.*

3 *Abſolutus à fundi petitione, præſumitur abſolui à qualibet eius parte.*

4 *Stipulatio inutilis eſt ſi de vno reſpondeatur de duobus alternatiuè interroganti.*

5 *Stipulatio redditur inutilis per aduerſitatem qualitatis.*

6 *Imperiū merū & iuriſdictio ſunt ſpecies abinuicē diſtinctæ.*

## REGVLA XXXV.

**PLVS ſemper in ſe continet quod eſt minus.**

¶ † Vt ecce ſi teſtator intendens legare quartā partē bonorū,ſcripſit dimidiā,debetur ei quarta,quia dimidia ineſt:vt ff.de leg.j.l.qui quartā.& de hæred.inſti.l.quoties.§.ſed ſi maiorē.Item ſi volens ſtipulari interrogo de xx.& interrogatus reſpondeat de x.valet ſtipulatio de decē.quia maiori ſummæ minor ineſt:vt ff.de verb.oblig.l.j.§.ſi ſtipulanti.[b] † Item in ſentētia,quia ſi vnus arbitrorū condemnat in xv.alius in x.& alius in v.valet ſentētia in 1 2

B Addo quādo pluri ſeu maiori ſumme ineſt. pulchrè Bar.& Alexan.in d.§.ſi ſtipul.vbi ponit Alexā.regulam cum ſex fallen.& aliquas quæſtiones ad materiā.& vide hic Docto. Moder. poſt gl.& Bart. in l.ſi vnus.§.ſi cùm mili.ff.de pact. limit. niſi devolūtate partiū appareat.vt in maiori quātitate non contineat,minor tūc non cōtinetur, nec habet locum hæc regula.vt not.glo.quam faciunt ſinguli.ibi Angel.Alexand.illuſtris doctor Franciſc.de Aret.in j.col.& Lud.Bolog.in ſuis prim.s interpret.in d.§.ſi ſtipulanti.Item limita ſecundum Alexand.in conſilio clxxix.col.vlt.verſicu.nec etiam.vol.v.niſi diuerſæ & ſeparatæ ſint depoſitiones,& vna facta de maiori,& alia de minori:quia tūc in maiori ſumma non comprehenditur minor.vt l.ex facto.§.item quæro.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.vt ibi vide per Moder.in d.§.ſtipulanti.& Dyn.ī.in reg.in toto & deciſ.Capellæ Thol.cviij.

Potes inſuper limitare vltra limit.hîc poſitas & alias quas ponit Alex.in l.ex facto.§.item quæro.ff.de vulg.& pupil.& in l.Sempronius Proculo.ff.de leg.ſecūdo.vt per Panor.in c.fi.de plus peti.ſcilicet hanc regulam non procedere quando negatiuè profertur,& ita not.Archid.ij.q.ix.c.nihilominus.

quinq;,



quinq;,cùm in quinq; omnes cōſenſiſſe videntur:ex eo ꝙ plus ſemper in ſe continet quod eſt minus.vt hîc,& ff.de
3 arbi.l.diē proferre.§.ſi plures.& ſ.de arbi.c.j.lib.vj.† Itē ſi ſim abſolutus à petitione totius fundi abſolutus videor à qualibet eius parte, vnde in qualibet eius parte obſtat exceptio rei iudic.vt ff.de excep.rei iudic.l.Iulianus.& l.ſi quis cū totū.& ff.de re.iur.l.in eo quod plus.& l.in toto.Itē ſi abſolutus ſum à petitiōe vniuerſali vt hæreditatis petitiōe,obſtat excep.rei iud.vēdicāti res ſingulas ex eadē cauſa.vt ff.de excep.rei iud.l.Iul.& l.ſi quis cū totū.& l.eadē rōne.quia plus ſemper in ſe cōtinet qđ eſt mi-
4 nus.¶ † Sed cōtra regulā eſt,qa ſi interrogo vtrū promittas Stichū aut Pāphilū:& rn̄deas de pāphilo tātū,ſtipulatio eſt inutilis,qa interrogatio nō videt̄ præceſſiſſe.ergo plus nō ſemper cōtinet qđ eſt minus.vt ff.de ver.ob.l.inter ſtipulātē.§.ſi ſtipulāte.j.reſpōſo.Sed reſpōdeo,& dico ꝙ ibi nō impeditur ſtipulatio valere ex eo ꝙ nō videat̄ interrogatio præceſſiſſe de Pamphilo:præceſſit enim cū plus cōtineat in ſe minus:ſed ideo impedit̄,quia cōcepta alternatiuè interrogatio de quolibet, videt̄ cōcepta ſub cōditione,ſcilicet ſi alterū nō detur.ff.de opt.leg.l.cùm
5 ita.in prin.† Et ideo ſi rn̄detur ad alterā purè,videtur inter interrogationē & reſpōſionē in qualitate diuerſitas: quæ diuerſitas qualitatis reddit ſtipulationē inutilē.vt ff.
A de verb.ob.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.Itē [a] cōtra regulā eſt: quia ſi cōcedatur alicui merū imperiū, vt latrūculatori,
B cui non videtur cōcedi cognitio de re pecuniaria:[b] ergo merum imperium quod eſt plus,non continet in ſe cognitionem cauſarū ciuilium quod eſt minus,vt ff.de iu-
6 di.l.ſolemus. §. latrunculator.† ſed dicendum eſt quòd

A Adde ibi Bart.Pau.de Caſt.Imol.& Alex.pulchrè.& in d.§.ſtipulanti.ꝙ magis vitiat diuerſitas in qualitate quàm in quantitate.& ratio eſt ſecundum Barto.& Docto.in d.§.ſi ſtipulanti.quia diuerſitas in qualitate inducit diuerſitatem circa ſubſtantiam obligationis.vt ſentit hîc Dyn.

B Adde an iudex maleficiorū cognoſcat de cauſa ciuili,vide Inn.in c.cū oporteat.de accuſat.& Bal.& Bar.in l.pen.ff.de caſū.& Barto.& ibi Alex.in addit.in l.interdū.§.qui furem.ff.de fur.& Cy.in l.ſi quis ad fundū.C.ad l.Iul.de vi pub.& Bal.in l.teſtamen.& ibi Docto.C.de teſta.& Ang.Areti.poſt gloſſ.in verb.tramites.in procem.inſtitut.colū.vlti.& Bal.& Lud.Bolo.in ſecūdis interpretat.in l.ſolemus.§.latrūculator.ff.de iudi. vbi dicit quod incidēter bene poteſt cognoſcere.

Adde inquantum dicit iudicē maleficiorū poſſe cognoſcere incidēter de cauſa ciuili.Tu dic hoc verū viuēte eo cōtra quē eſt inchoata cauſa criminalis,ſecus ſi moriatur quia contra eius hæredē pronuntiare non poſſet.l.diem functo.& ibi Bar.ff.de offi.aſſeſſo.ſecundum Rom.ſing.cccxxv.incip.quæro nunquid.nec etiam contra tertium.vt no.ſingul.Barto.in alleg.§.qui furem.quôd intelligo quando procedatur per viam accuſationis, non autem per viam inquiſitionis : vt not.Innocent.in capit.cùm oporteat.de accuſ.licet Bald contrà in l.ea quidem.col lat.vj.C.qui accuſare non poſſ.& Alexand.in l.interdum.§.qui furem.ſ.allegat.ff.de furt.puto autem quòd ſi tunc vocaret iudex ciuilium cauſarum ꝙ iudex ma-

 merum

merum imperium & iuriſdictio ſunt ſpecies diſtinctæ & ad inuicem ſeparatæ.[a] vt no.ff.de iuriſd.om.iud.l.imperiũ.& ideo vna conceſſa nominatim, potius videtur altera denegata.vt in §.latrunculator.arg.C.de procur.l.maritus.& de pact.conuen.l.fi.& ff.de vulg.& pupil.ſubſti.l.ſi ita quis.& l.ſi cui ex filio.& l.ex facto.§.item quęro.hîc autẽ loquitur de illo pluri ſub quo minora continentur vel comprehenduntur, vt ſpecies, vel partes.& eodẽ modo reſponderi poteſt ad c.cui de non ſacerdotali.ſ.de præben.quia poſito etiam ꝙ nõ ſacerdotalis eſſe maior quàm ſacerdotalis, conceſſa nõ ſacerdotali videtur ſacerdotalis potius denegata:quia non ſe habet vt pars & totum de quibus loquitur regula, ſed habent ſe vt diſtinctæ ſpecies inuicẽ ſeparatę.

## In reg.Pro poſſeſſore.Argumenta.

1 *Poſſidere dolo deſinens perinde tenetur, atq; ſi poſſideret.*
2 *Actio vtilis & directa non differũt in ſubſtãtia.& nu.17.*
3 *Poſſidere qui dolo deſijt, quo ad damnum ſuum poſſidere præſumitur.*
4 *Dolus per coniecturas probari poteſt.*
5 *Cautio de euictione quando ei præſtari debeat qui dolo poſſidere deſijt.*
6 *Actio de euictione an cõcedantur eo caſu quo nõ fuit cautũ.*
7 *Actor an debeat cedere actiones ei, qui dolo poſſidere deſijt.*
8 *Poſſidens quo diſcernatur ab eo qui dolo deſijt poſſidere.*
9 *Poſſidere dolo qui deſijt in actionem in rem ſine ceſſione habeat, ſi æſtimationem ſoluerit.*
10 *Solutio æſtimationis habetur loco emptionis.*
11 *Debitor ad plura alternatiuè obligatus:eligere poterit quod ſoluere velit.*
12 *Aeſtimatio quando ſolui debeat, vel res ipſa reſtitui.& numero ſeq.*
15 *Aeſtimationem ſoluens cùm non poſſideat, an citra ceſſionẽ habeat actionem in rem.*
16 *Poſſidere culpa deſinens, quo differat ab eo qui dolo deſijt.*
18 *Dominum vtile an cenſeatur is habere, cui ceditur vel venditur actio in rem.*
19 *Dominium non acquiritur ſine poſſeſſionis apprehenſione.*
20 *Actio in rem transfertur translato dominio.*

## REGVLA XXXVI.

**PRO *poſſeſſore habetur qui dolo deſijt poſſidere.***

¶†SI dolo deſiiſti poſsidere rem, quam à te petebam, 1
vel petere proponebam, perinde teneris rei vendi.ſicut
tenereris ſi poſsideres.[b] vt ff.de rei vendicatio.l.ſi autẽ. B
§.ſed

leficiorũ poſſet de illis cognoſcere.vt no.Angel.multum notabiliter in l.ſi vacantia.in ij.opp.ver.itẽ ex prædictis.C.de bo.vacã.lib.x.

A Adde Bart.Alexan.& Modern.Doctor.in quo differũt iuriſdic.& imperium.& an iuriſdictio contineat in ſpecie merum & mixtum imperiũ in pluribus:vt ff.de iuriſdict.om.iudi.

B Adde Barto.in l.quoties.ff.ſi famil.fur.feciſ.dic.& Dy.in regula, bona fides.j.eodem.& Iaco.Butr.Bartol.& Ludouic.Bolog.in ſuis primis interpretatio.in l.ſi culpa.ff.de rei vendi.& Bald.& Ludoui.Bolog.in ſecun-



§. ſed & is.& ff.eo.l.qui dolo.& l.parem.cum multis ſimilib. ¶ Sed opponitur & oſtenditur ꝙ non habeatur
A pro poſſeſſore, vt patet.quia tenetur vtili.[a] ff.de noxal.
l. electio.§.ſi is quem.& ſi poſsideret teneretur directa.
2 †ſed dicendum eſt quòd vtilis[b] & directa non differunt
B in ſubſtantia:vt ff.de nego.geſt.l.actio.& ideo in effectu
pro poſſeſſore habetur. ¶Item opponitur circa idem:
quia poſsidẽti fit ceſsio.vt ff.de rei vend.l.ſi res.& tamen
ſi dolo deſiit poſsidere, nõ fit ceſsio.vt ff.eo.tit.l.ſi is qui
3 dolo.& l.nec quaſi.†ſed dicendum eſt, ꝙ pro poſſeſſore
habetur quantum ad damnum ſuum, non quantum ad
commodum. Item cùm ſemper præſumatur abeſſe dolus, ſi adeſſe non probetut: vt ff.de prob.l.quoties.§.qui
dolo.& de leg.ij.l.cum ita legatur vni.§.ſpecies. Dubitari poſſet rationabiliter, qualiter dolus poteſt probari.
4 †Et dicẽdum eſt ꝙ dolus probatur ex coniecturis.[c] c.ij.
C de renunt.in vj.nam ſi iam eram litem conteſtaturus, vel
dederã ſolùm libellum, vel denuntiaueram ſibi ꝙ eram
daturus libellum, & ipſe deſinat poſtea poſsidere, præ-

dis interpretat.in l.ſi res.ff.de rei vendicatione.in ſequenti limitatione. Dyn.hîc, quòd qui dolo deſiit poſsidere, non habetur pro poſſeſſore quo ad commodũ ſuũ. ſed quo ad ſui damnum.& vide Ang. Aret.in §.omnium autem.colũ.x.verſi.in eadem gl.in fi.Iaſon col.xvj.inſtit.de actionibus.

A Adde, an qui dolo deſiit poſsidere conueniatur vtili vel directa. Bart.& Flor.in l.electione.§.j.ff.de noxal.& Bar.no.in l.quã quam.§.Iulianus.ff.de aqua plu.arcen.& in rub.& ibi Bald.ff.de rei vendic.& Bald.Salicet.& Alexand.in l.curatoris.C.de negot.geſt.& Cy.in l.vna.C.de alie.iudi.mutan.cau.& Ioan.Fab.in §.omniũ autem.col.vj.verſi.veniamus ad ſecũdum.& ibi Iaſ.de Mayno.col.xvj.verſicu.veniamus nũc ad ſecundum.inſtit.de actio.& ibi Dyn.& Abb.in c.j.de alien.mut.iudi.cau.col.ij.ver.ij.opp.& Io.Andr.& Phil.Fran.hic, & Io.de Ana.in c.cũ ſit.de ſimo.& Fely.in cap.pen.in prin.de excep.

B Adde, an vtilis & directa differant in ſubſtantia vel ſpecie.& Ioan.Fab.in d.§.omnium.col.vij.verſi.iuxta hoc.de action.& Bar.in d.l.à Titio.verſic.ij.quæro.& ibi Bal.& Moder.ff.de neg.geſt.Cyn.in l.j.in j.q.& ibi Bal.col.iiij.verſ.modo venio.C.de act.& oblig.& Bar.in l.j.ff.de act.& obl.col.iiij.

C Adde Ioan.Fab.& Iaſ.in §.omnium autem.col.xvij.verſic.veniamus.inſtit.de act.qui idem tenent.& Bar.in l.qui petitorio.in princi.ff.de rei vend.& in l.non ſolum.§.morte.colum.xiiij.ff.de no.oper.& Bal.in Proœm.Decret.col.ij.& Inno.in cap.bonæ.el ij.de poſtul.prælat.& Ioann.Andr.hic in mercur.& Bartol.in l.ſin.autem.§.ſi is qui.ff.de rei vendic.Bald.in cap.fi.ad finem.de iud.Specul.tit.de emp.& vend.§.nunc dicendum.verſicu.ſed nunquid.& Bart.in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.quib.ex cau.in poſſeſsionem eatur.quid de eo, qui nõ per dolum, ſed lata culpa deſiit poſsidere, an dicatur pro poſsidente, vide Io.Fab.& Iaſ.vbi ſ.& Bart.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.& Bald.in l.vna.C.de alien.iudi.mutan.cauſa.& ad omnia ſuprà dicta vide Ang.Aret.in §.præterea.inſti.de actio.& Fely.in c.pen.col.ij.ver.dum concluditur.& ibi Bal.& Abb.de excep.quando allegans poſſeſſorem dolo deſiiſſe poſsidere, teneatur probare dolum, & quomodo, & textũ in l.dolum.& ibi Doct.C.de dolo.

A Adde gl.& Bar.in d.l.ex diuerſo.§.petitor.ff.de rei vend.& gl.& Bar.in l.litis in ij.q.ff.pro empto.& l.in depoſiti.& ibi vide Modern.ff.de re iudic.gl.& Bart.in §.propter res.ff.rerum amotarum.

B Adde gloſſ.in d.§.petitor.qui tenet quòd ſic.ſed tu habes glo.in l.fin.ff.ex quibus cau.in poſſeſsionem eatur.vbi contrà tenet.& Iac. But.ibi,& Barto.in d.l.litis.ff.pro empto.in ij.q.& in d.l. in depoſiti. & ibi Moder. ff. de re iud.

C Adde, Iacob. Butr.in repet. l. ſi culpa. ff. de rei vendi. & Barto.in d.l. in depoſiti. tenẽt cõtra Dyn. ſed Alexand.ibi in princip. concordat eos, dicens, quòd rei vendicatio non debet cedi reo poſsidenti, qui ſoluit litis æſtimationem, ſed bene actiones perſonales. & ſic debet intelligi Dyn. & in cæteris vero ſequuntur Dyn. quãdo dolo deſiit poſsidere reus, non ſunt ſibi cedendæ actiones. & pulchrè per Bart. & Alexand. in d.l. in depoſiti. Barto. & Doct. Modern.in l. ſi fullo.ff. de condict. ſine cauſ. & Bartol. poſt gloſſ.in l.ſi propter res.ff.rerum amot. Sed an cedens vel vendens tenentur inſtrumenta ſua oſtendere, quibus cognoſcatur de efficacia iurium ſuorum, vide text.& Bar.in l.Titius hæres.ff.de act.emp.& vend.& ibi Bal.in conſi.ccl.lib.j.Lud. de Rom.in conſil.cciiij.

ſumitur dolo deſinere,& ideo cõuenitur ac ſi poſsideret, argu.ff.de rei vendicatione.l.ſi fundum.& ff.de edẽdo.l.quædã.§. nihil.& ex quib.cau.in poſ.eatur.l.ij.& no.eo.tit.l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. ¶ Quæri autẽ põt circa materiã huius capituli,de pluribus quorũ quædam nunquàm reperiuntur ſufficiẽter determinata. † Primũ eſt, 5
an ei q dolo deſiit poſsidere,ſi cõueniať,& æſtimationẽ ſoluat,debeat de euictione a caueri?& dicendũ eſt ꝙ aut habuit cauſã ab actore aut nõ:ſi habuit, caueri debet.vt ff.de don.inter virum & vxorẽ.l.ſi donatæ res.in princ. aliàs ſi non habuit cauſam,nõ debet euictione caueri.vt ff.de rei vend.l.ex diuerſo.§.petitor.& de cõdict.fur.l.ſi ſeruus.§.cauere. ¶ †Secũdò quæritur,an ex eo caſu quo 6
nõ caueť poſſet nihilominus de euictiõe b agi re euicta cõtra actorẽ cui æſtimatio ſoluta eſt?Et poteſt dici quòd ſic:qa q æſtimationẽ ſoluit,emere videtur.ff.rerũ amo.l.ſi propter res.ergo licet nõ fuerit dictũ ꝙ de euictione agať,nihilominus poterit agi.C.de euict.l.nõ dubitatur. †Tertio quæritur,an p actorẽ debeãt actiones cedi, ei qui dolo deſiit poſsidere? Et videtur ꝙ cedi non debeant:vt ff.de rei vẽd.l.is qui dolo.& l.nec quaſi. ¶ Econtrà ꝙ cedi debeant.vt ff.de re iudic.l.in depoſiti. † mihi videtur eſſe differentiam inter eum qui poſsidet.& eum qui dolo deſiit poſsidere:qa qui deſiit poſsidere,aut culpa interueniente,aut dolo. Si culpa,debẽt actiones cedi, ff.de re iud.l.in depoſiti.ſi habeat cauſam ab actore:ſed ſi non habeat cauſam ab actore, non debẽt cedi. vt d.l.is qui dolo.& ibi notatur.Si verò poſsideat. c licet p cõtumaciã non reſtituat, & propterea iuramentũ in lite delatũ fuerit actori, æſtimatione ſoluta actiones debẽt cedi.vt ff.de rei vendi.l.ſi res. ¶ Et ratio eſt,quia actor ſibi imputare debet,cũ poſſet petere p̃ciſè cõpelli poſſeſſo-





rem reſtituere : vt ff.de rei vend.l.qui reſtituere. & non petiit:ſed cum dolo poſsidere deſierat.hoc ſibi imputari nõ poteſt,& ideo facilior eſt cauſa excuſandi eum à neceſsitate cedẽdi.Nam cùm poſsidebat.& actor petere poterat præciſe compelli,& non petiit,ſed magis æſtimationem voluit,ſua ſponte alienaſſe videtur, & ideo cedere compellitur:vt ff.de rei vendic.l.eius rei.& l.hæc ſi res. ſed cum dolo deſierat poſsidere non ſponte, ſed ex quadam neceſsitate.& ideo cedere non tenetur : vt d.l.is qui dolo. ¶ † Quarto quæritur,an is qui dolo deſiit poſsidere, & æſti- 9
mationẽ ſoluit,habeat actionem in rem ſine aliqua ceſsione.text.enim dicit.ff.rerum amot.l.ſi propter res.quòd in rem actio ei danda eſt:ſed non apparet vtrũ ipſo iure,an per ceſsionem,& ideo videtur dicendum ſi res erat præſens : id eſt ſi poſſeſſor æſtimationem ſoluens habeat poſſeſsionem tempore æſtimationis ſolute, quòd ſtatim quæritur ſibi dominium, & ideo ſtatim habet rei vendicationem in habitu: a vt d.l.eius rei.& ſi certum petatur.l. certi condictio.§.vlt.licet in actu non habeat niſi deſinat poſsidere:
10 vt notatur de hære.vẽd.l.fin. Et hoc apparet:† quia æſtimationis ſolutio pro emptione habetur : vt ff.rerum amot.l.ſi propter.& pro empto.l.iij.& l.iiij.Sed ſi vendo tibi rem meam penes te conſtitutam, ſtatim transfertur in te dominium, quaſi videatur tradidiſſe.vt inſti.de rerum diuiſ.§.nihil.& ff.de acq.rerum dom.l.qua ratione.§.interdum.ergo ſi æſtimationẽ recipio à te poſſeſſore, ſtatim tibi poſſeſſori dominiũ acquiritur : ſed ſi poſſeſſio nõ erat penes eum qui æſtimationẽ ſoluit: quia fortè dolo deſierat poſsidere, ſicut cauetur in text.regulæ: tunc remaneat dominiũ penes me dominũ, qui æſtimationẽ recepit.& conſequenter in rem actio,quam cedere teneor,ſi culpa deſiit poſsidere : ſecus ſi dolo,vt dictum eſt ſ.in proxima quæſtione. & hoc in rei vẽdicatione directa. Quid autẽ in vtili, infrà quæſtione vj.
11 dicetur. ¶ † Quinto quæri poteſt,quid ſi res redit ad actorem,qui æſtimationẽ recipit,& is qui æſtimationẽ ſoluit,velit rem reuocare,& actor paratus ſit reſtituere æſtimationẽ, an excludat eum qui æſtimationem ſoluit à petitione rei?& videtur quòd ſic.arg.ff.commoda.l.in commodato.§.fi.& l.rem mihi.in prin.& de condict.ſine cauſa.l.ſi fullo.Econtra videtur.vt ff.de rei vẽd.l.ſi culpa.& ideo Gloſſatores iuris ciuilis va-
12 riant:quia dicũt in l.in cõmodato.§.fi.† ꝙ eſt in electione illius q æſtimationẽ recipit vtrũ reſtituat rem vel æſtimationẽ : & hoc propter hoc eſt,quia cũ alternatiuè teneatur ad alterũ:vt ibi patet in tex.ergo ſecũdum regulã debet eſſe electio debitoris cõuenti: vt ff.de iure dot.l.plerunq;.& j.eod.in c. alternatiuis. alij diſtingũt : quia ſi æſtimationẽ ſoluit ille qui habet cauſã à domino:vt cõmodatarius & depoſitarius,fullo

A Adde,quòd idẽ tenet Bar.in l.ſi propter res.ff.rerũ amot.in j. oppo. hic per Dyn.alleg.& in vij. §. q.i.& vide Bartol.in l.ſi culpa. ff. de rei vendic. & in l.j. colum.iij. verſi. vidẽdum.in vlt. membro. ff. de act.& obl.

& ſimiles, tunc eſt in electione ſua petere rem vel æſti-
mationẽ: aliàs fit electio domini, ad quẽ redit poſſeſsio:
quia aliàs ſi dolo cõmodatarij, vel depoſitarij res abſit,
& mihi eo nomine condemnetur, teneor ſibi cedere a-
ctiones mihi cõpetentes, vt ff.de re iudi.l.in depoſiti. ſe-
cus, ſi non haberet cauſam à me, vt ff.de rei vend.l.is qui
dolo.& ita gl.in l.ij.ff.de condict.ſine cau.de rei vendic.
l.culpa. & iſta diſtinctio videtur ſatis rationabilis. Mihi
tamen videtur aliter diſtinguẽdum: †quia aut tempore 13
æſtimationis ſolutę poſſeſsio rei erat penes eum qui æ-
ſtimationem ſoluit: aut non: ſi erat penes eum, dominiũ
cœpit pertinere ad eum. vt ff.de rei vẽdi.l.eius rei.& cõ-
ſequenter deſinit pertinere ad dominum qui æſtimatio-
nem recipit: quia nõ poteſt eſſe apud plures inſolidum.
vt ff.commoda.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.& de caſtren.pe
cu.in l.hæreditatẽ.§.pater. Si ergo is qui cœpit eſſe do-
minus, petat ab eo qui deſiit in totum dominus eſſe, &
poſſidere, neceſſe habebit reſtituere rem: nec auditur, ſi
velit reſtituere æſtimationem.argu.ff.de rei vendi.l.qui
reſtituere. quia cum ſponte ſemel æſtimationẽ recipit,
cum poſsit præciſe conſequi rem: conſequenter videtur
renũtiaſſe rei arg.ff.de lege commiſſo.l.ſi fundus.& de
pac.inter emp.& vẽd.l.cõmiſſariæ & ideo fruſtrà poſtea
conatur retinere rem illam cui ſemel renuntiandũ pu-
tauit.ar.ff.de ſtatu ho.l.liber homo. & C.de rebus cred.
l.ſi quis iuſiurandũ.† Sed ſi non erat poſſeſsio penes ſol- 14
uentẽ tempore æſtimationis ſolutæ: tunc dico aut appre
hendit poſſeſsionem antequam rediret poſſeſsio ad do-
minum, aut non. Si reprehendit, ſtatim eſt ei quæſitum
dominium, & deſiit pertinere ad eum qui æſtimationẽ
recipit, quia rem habere non poterat probabiliter: & po
terit habere locum diſtinctio poſita in præallegata. a l. A
ij.de cõdi.ſine cau.vt diſtinguatur. Aut ille qui æſtima-
tionem ſoluit, habebat cauſam à domino, aut non, vt di-
ctum eſt. ſed ſi non apprehendit antequã rediret ad do-
minum, ſubdiſtingue: aut dominus ceſsit actionẽ ſoluen
ti, aut non: ſi ceſſerat, habet neceſſe reſtituere rem: vt ff.
de rei vend.l.ſi culpa. circa fi. non ceſſerat, eſt in electio-
ne ſua reſtituere rẽ vel æſtimationẽ quã percipit. vt d.l.
in commodato.§.fi.& hoc caſu poteſt propriè locum ha
bere gl.ibidem poſita, quæ concedit electionẽ conuen-
to.† Sexto quæri poteſt, an ille qui ſoluit æſtimationem 15
cùm

A Adde, quòd Bartol. in d.l ſi fullo, quæ eſt ij. ff.de condi. ſine cau.in iij.oppo. dicit Dy.hic diuinare quantũ ad d.l.ij.& vide ibi Bal.maximè Fulg.& Mod.& Bar. & Doct.in l.incómoda, vbi dicit, tres eſſe actiões quæ cõpetunt huic qui ſoluit æſtimationẽ: videlicet actio ex eo contractu, conditio ſine cauſa, & rei vendica.& adde Bartol.& Bald. poſt Iac. Butr. in d. l. ſi culpa. & quod no.Bal. in conſi. cccxvj. libro ij.& deciſ. Capellæ Tholoſ. notab.ccvj.



A Adde Cyn.in l.vna.in vlt.q.de alie.iudic.mutan.cauſ.facta.& in l.certi iuris.C. de hæred.vend.& Bal.in d.l.ſi culpa.ff.de rei vend.& Bart.in l.j.col.v.verſi.quæro ſi vtilis cedatur.ff.de act.& obliga.& Bald.in l.ex nominis.C.de hæred.vendicatio. & Felin.poſt Abba.Sicul.& Doctor.antiqui in dicto cap.penult.de exceptionib. in principio.

cùm non poſsideret, quia culpa fortè vel dolo poſsidere
deſierat, habeat vtilem in rẽ ſine aliqua ceſsione? a quod
A non videtur. quia lex dicit actionem cedendam: vt dicta
l.hæc ſi res.& l.ſi culpa.& ff.de re iud.l.in depoſiti. ergo
ſine ceſsione non datur: quia ſi ipſo iure ſine ceſsione da
retur, ſuperuacua foret ceſsio.& propterea nõ facienda:
vt ff. vt legati nomine caueatur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.
Azo autem dicit in glo.quæ eſt in eo.ti.l.eius rei.& præ-
dicta l.ſi culpa.quòd vtilem in rem habet, quia ius acto-
ris emiſſe videtur, dando litis æſtimationem. vnde tan-
quam emptor habet vtilem.vt C.de hæred.vend.l.fi. em
ptorem autem conſtat habere vtilem ſine aliqua ceſsio-
ne: b vt eo.tit.l.emptor.& l.poſtquam.& l.verò.& no.C.
B de leg.l.ex legato. ergo is cui dolo deſiit poſsidere habet
vtilem æſtimatione ſoluta ſine aliqua ceſsione.ad arg. ꝙ
ceſsio ſit ſuperuacua, patet reſponſio: quia per ceſsionem
incipit habere directam nomine cedentis, quam ſine ceſ
16 ſione nullo modo habet. ergo nõ eſt ſuperuacua. † Item
contra Azonem, quia ſecundum hoc non videtur diffe-
rentia inter eum qui deſiit culpa poſsidere, & cũ qui do-
lo, cùm vterque habeat vtilem æſtimatione ſoluta ſine
aliqua ceſsione.& tamen lex notabiliter ponit differen-
tiam: quia vni dicit actionem cedendam, alteri non. vt in
præalleg.l.ſi culpa.& l.is qui dolo. Sed dicas non eſſe dif
ferentiam quantũ ad vtilem quæ ex ficta venditione da-
tur: quia illã vterq; habet æſtimatione ſoluta. Sed differẽ
tia remanet quantũ ad directam cuius exercitiũ, per ceſ-
ſionem transfertur. quia cùm ceſsio non fiat doloſè, ſi ab
actore cauſam non habeat: ergo vterq; poterit intentare
directam. Ei autem qui culpa deſiit poſsidere, fiet ceſsio,
& non poterit intentare directã. Item contra Azonem:
17 † quia non eſt differentia inter directã & vtilem: quo ad
ſubſtantiã imò vtilis & directa eſt eadẽ in ſubſtantia: ſiue
eadẽ eſt ſubſtãtia vtilis & directæ. vt ff.de neg.ge.l.actio.
& no.C.de act.& obli.l.ij. Sed reſpõdeo pro Azone: quia
licet ſit eadem ſubſtantia vtriuſque, tamen differre poſ-
ſunt accidente, ſicut homo ab homine. Accidere enim
poteſt

B Adde quot ſunt caſus in quibus tranſit vtilis ſine ceſſione. gloſſ. & doctor.in l.emptor. & l.ex legato. hîc alleg. & Cyn. Bartol. Bald.Sal.& Alexan.in l.qui ſtipẽdia.C.de procurato. licet ſit regulare quod nõ tranſeat vtilis ſine ceſsione: vt l.j.ff.pro ſocio.cum duabus ll. ſequent. & vide Bartol. in d.l.j.colũ. v. verſi.quæro an ex ſolo. ff.de actio.& oblig. & Doctor.in dicta l. qui ſtipendia.

poteſt ꝙ directæ obſtet exceptio, & non vtili: & ecõtrà a A
ꝙ obſtat vtili & non directæ. arg. eorum quæ leguntur.
ff. de pact. l. ſi cum emptore. & de tranſact. l. fin. & de ſo-
lut. l. ſi duo. Et propterea expedit aliquando habere plus
vnam quàm alteram, & per hoc apparet effectualem re-
manere differentiam inter eum qui culpa, & eum qui
dolo deſiit poſſidere. & conſequenter opinio domini
Axonis abſurditatẽ non continet. ¶ † Septimò quæri po- 18
teſt an ille cui ceditur vel venditur in rem actio habeat
dominium vtile,[b] ſicut ecõtrà qui æſtimationem pro re B
ſoluit habet vtilem in rem, vt dictũ eſt in proxima quæ-
ſtione? & videtur primò ꝙ ceſſat actione in rem domi-
nium tranſeat: quia ceſsio actionis & traditio inſtrumen
torum paria videntur. vt ff. de leg. j. l. ſeruum filij. §. eum
qui. & de leg. iij. l. qui chirographum. ſed traditio inſtru-

A Adde ꝙ per iſtam rationem præcedentem tenet Dy. in l. ſi mihi. in princ. ff. de leg. j. ꝙ quando ceſsionarius agit, debeat exprimere vtrum agat vtili vel directa, & idem tenet Bal. in l. j. q. vlt. C. de act. & obl. Alex. conſi. clxxxvij. col. ij. verſi. ij. ex alio vol. ij. de quo per Spec. tit. de procu. §. ſequitur. ver. ſed nunquid agens ex iure ceſſo. qui tenet contra Dy. licet Io. And. ibi in add. ſequatur Dy. ſed Bart. in l. ſi duo rei. ff. de ſolu. dicit ꝙ ex tenore libelli poteſt apparere an intẽtet directã vel vtilem. & vide ibi Alex. in add. Bar. ſed quæritur an ceſsionarius teneatur facere fidẽ de inſtrumento ceſſionis ante lit. conteſtatã vide Bar. & Bald. vbi ſ. qui dicunt ꝙ ſi agit directa nomine cedentis, tenetur facere fidem: ſecus ſi vtili nomine ſuo. & ad prædicta omnia. vide Bar. in l. qui ſtipendia. C. de procur. & ibi Bal. quo ad primam q. quia quo ad vltimam tenet ibi in fi. ꝙ etiam debet ante litis conteſt. fieri copia inſtrumenti ceſsionis, ex quo in libello fit mentio de ceſſione, niſi iure tunc ſe edere non poſſe. per no. per Inn. in c. j. de prob. & tenet Bart. in l. edita actio. quod no. quia ita ſolet practicari in curiis. & vide deci. Capel. Thol. ccxcv. quædam tenet. licet contrarium teneat deciſ. Parla. Delph. ccccclxvij.

Adde quod notaui in apoſt. in præallegata deci. & in addit. ad Stylum Parlam. parte j. tit. an pars agens. ver. j. dixi in addi. ad Bar. in l. poſtquàm. §. ſi dies. in verſi. teneatur poſt Alex. & alios. ff. vt leg. no. caue. Feder. de Senis conſi. cxj. Alexã. conſi. iij. vol. ij. & Barth. Soci. in ſuo tract. fal. reg. cxiij.

B Adde Bal. in l. per diuerſas. in xj. q. C. mand. & Bart. in l. ſi. de hær. ven. Dy. Bar. Ang. & Imo. in l. j. ff. pro empto. ad q. domini Dy. vide Bar. in j. col. videndum eſt. in vlt. membro. ff. de act. & oblig. & Bal. in l. j. col. j. C. de alie. iud. mut. cau. & quæ not. Bart. & Lud. Bol. in l. ſi res. ff. de euict. & no. ꝙ licet ex ceſsione cõpetat vtilis actio ceſsionario, non tamen vtile dominium: quia ſine traditione non poteſt quæri: vt l. traditionibus. C. de pact. & tenet Dy. hîc, & Bal. in conſi. cliij. in fi. verſi. conſiderandum. lib. j. & quomodo ceſsionario debet formare libellum, vide Bar. in l. fina. C. de hæred. vend. vbi dicit ꝙ debet dicere ꝙ talis pertinet ad Titium iure dominij, vel quaſi. & vide doct. ſ. all. & Bal. in l. ſi culpa. & ibi Alex. in add. ad Bar. ff. de rei vend. & Bal. in l. eum qui. §. prætor. ff. de publ. & Dy. hîc in fi.

Adde an procedat libellus ille: peto tamen fundum quem dico ad me pertinere iure dominij vel quaſi. Lanfran. de Orian. in c. quoniam contra. §. petitiones. & ibi dixi in apoſt. in ver. iure dominij. nu. 7. de prob. & Fel. in c. ij. col. vij. verſi. ij. aggreditur. poſt Panor. ibi de libel. obl.

mentor



mentorum inducit tranſlationem dominij: vt C. de dona. l. j. ergo ceſsio
actionis in rem. Econtrà videtur ꝙ non tranſeat, quia ad acquiſitionem
vnius iuris non ſequitur acquiſitio alterius, in cuius acquiſitione factum
verum requiritur, vt ff. de acquir. poſſ. l. cùm hæredes. in princ.
19 ¶ † Cõſtat autem ꝙ in acquiſitione dominij requiritur verum factum,
id eſt apprehenſio poſſeſsionis: vt C. de pact. l. traditionibus. & de rei vẽ.
l. pe. C. & ff. eod. tit. ſi ager. & de act. emp. & vend. l. Quintus. & de act. &
obl. l. obligationum ſubſtantia. Ergo licet per ceſsionem acquiratur vti
20 lis in rem, non propterea ſequitur quod acquiratur vtile dominiũ. † Di
co igitur ꝙ transferendo dominium, trãsferre videor actionem in rem
quę pro dominio datur: vt dictum eſt ſ. in proxima q. ſed econtrà ceden
4 do actionem in rem, non propterea trãsfertur dominium. Et eſt ratio,
quia dominium eſt cauſa rei vend. vt ff. de rei ven. l. in rem actio. Ecõtrà
videtur, ſcilicet ꝙ rei vend. non eſt cauſa dominij: ſed ex dominio pro-
cedens, & ideo tranſlato dominio tranſlata videtur rei vẽdicatio quæ ex
dominio procedit & ſequitur, ſed nõ econtra, quia principale trahit ad
ſe acceſſorium. vt ff. de fun. inſtr. l. fundi. §. ſi. ſed econtrà acceſſoriũ non
trahit ad ſe principale, vt ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. ex pup. & quib. mod.
pig. vel hypot. ſol. l. Lucius. Quomodo ergo intentat rei vendicationem
qui dominium non habet. cùm rei vẽdicatio detur domino tantùm. vt
ff. de rei vend. l. in rẽ actio? Reſpondeo, intentat vtilẽ ex perſona cedẽtis
propter dominium quod ad cedentem pertinet nomine tamen ſuo qui
experitur, directam verò ex perſona & nomine cedentis intentat. Dyn.

## In reg. Vtile. Argumenta.

1 *Electio canonica non vitiatur per confirmationem inutilẽ.*
2 *Donatio facta vltra quingentos aureos, non vitiatur niſi quatenus modum excedit.*
3 *Compromiſſum factum in liberum & ſeruum vitiatur propter adiectionem ſerui.*
4 *Vtile quando per inutile vitietur. & nu. ſeq.*

## REGVLA XXXVII.

**VTILE non debet per inutile uitiari.**

¶ HVIVS regulæ innumerabilia inueniuntur exem-
1 pla. † vt ecce, iure cauetur ꝙ ſi præcedat canonica ele-
ctio, non vitiatur per quancunq; confirmationẽ quoquo
iure inutilẽ, vt ſ. de elec. c. ſi confirmationẽ. Item ſi dãno
hæredem meũ, & regẽ Franciæ decẽ dare, tenetur hęres,
licet regẽ Franciæ dãnare non potuerim, vt ff. de leg. j. l.
ſi duobus. §. hæres. Itẽ ſi pupillo contrahenti præbuit au
A toritatẽ vnus tutor verus & alius falſus,[a] valet nihilomi-
nus contractus ea ratione, qua vtile per inutile non vi-
tiatur.

A Adde ꝙ ſi ſint duo teſtes. quorũ vnus eſt infamis infamia facti, vel aliâs de iure inhabilis ſi & alter verò teſtis ſit multũ fide dignus, ꝙ iſti duo teſtes faciunt plenam probationem: quia integerrima fides vnius ſupplet imperfectionẽ alterius: vt not. Bald. in l. ſi quis ex argentariis. §. quid enim. in principio.

tiatur. vt ff.quod fal.tu.auth.l.j.§.ſed Pomponius.† Item 2
ſi donatio fiat vltra quingentos ſolidos, quatenus excedit modum, vitiatur: quatenus non excedit, non vitiatur: vt C.de donat.l.ſancimus.arg.ff.de conſt.pec. l.ſed & ſi decem.de vſur.l.placuit.& l.pecuniæ.in princ.& l.vſuras.& de iur.dot.l.ſiue generale.& de verb.oblig. quæ extrinſecus.& l.j.§.ſed ſi mihi. Sed contra regulam videtur ff.de arb.l.parui referre.† vbi ſi compromittatur in quendã li- 3
berum & quendã ſeruũ cõpromiſſum eſt inutile in perſonã liberi propter adiectionẽ ſerui. Itẽ videntur obſtare ll. in quibus cauetur ꝙ vtile legatum vitiatur propter tranſlationem inutilẽ: vt ff.de leg.j.l.planè.in prin.& de adi.lega.l.legatum.§.pater.& l.ſi transferã. & ff.de aqua quot.& æſti.l.j.§.itẽ quæritur. vbi per tranſlationẽ inſeparabilẽ vitiatur vtile per inutile.ſed dicũt doc. aliquando [a] ꝙ hæc ſit regula. cætera ſint ſpecialia. quæ ſolutio eſt plana & expedita: ſed in omnibus ſpecialibus eſſet ra- A

ibi Lud.Bolog.in ſuis primis interpretationibus.ff.de edend.& ibi Alex. col.j.verſi.iij.not.& idem tenet Ang.in conſi.j.& And.Barb.repet.Ioan.in Ioannina.ca.Raynaldus. Card.de teſtamen.& Barth.Soc.de Senis.in l.Gallus.§.ille caſus.col.penul.ff.de lib.& poſth.Bal.& Fulg.in l.j.C.de teſtam.& Alex.in conſi.lvj.vlt.col.verſi.ij.poteſt.& in conſi.ccxij.col.iij.verſic.ſed attento.vol.ij.& Sal.in l.in bonæ fidei.col.x.C.de reb.credit. & Felin. in capit. teſtimonium. col.ſ.m.ij.verſicu.ij.nota.de teſtib. Et idẽ eſt in duob[9] notariis rogatis de vno actu, & vnus eſt habilis, & alter inhabilis, quòd valet ſcriptura vt vide per Baldum & doctor. in dicta lege ſi quis ex argentariis. & addo Ioan.de Imol. in conſilio lxix. & ad hanc regul.iam ſupradictã vide Hippol.de Marſi.in ſuo ſingula.cxcvj.& quæ dixi in §.vj.& ix.in gloſſ.iij. de iuriſdict.omnium iud.in lib.Conſuet.Biturigum.

Adde Feli.in c.teſtimonium.col.ij.verſic.adde alium caſum.de teſt.& do.meum do.Philip.Decium.conſi.cxxxiij.col.ij.volu.j.

A Adde ad iſtam regulam quando vtile vitietur per inutile, Io.Fab.& Ang.Aret.inſt.de inut.ſtip.§.quod ſi quis.& Bal.in l.certi condictio.§.quoniam. col.iij.ver.dicimus.ff.ſi cer.pet.& ibi Alex.& Bar.in l. Græcè.§.illud.ff.de fideiuſſ. & ſolet recurri ad gl.ord.in l.pecuniæ fœnebris.ff.de vſur.& Cy.& Bal.in l.ſancimus.C.de do.& Bar.in ſua diſp.incip.Lapus.col.ij.ver.viij.& Alex.& Fran.de Are.in l.j.§.ſed & ſi mihi.ff.de ver.obl.vbi dant multas remiſsiones in hac materia præſertim per Alexan.in princ.& vide Spec.tit.de arb.§.ij.ver.ſi compromittatur. & tit.de app.ver.ſed pone.& Abb.in c.cum tempore.& de arb.& in c.Maſſana.in fi.poſt gl. de elect.& Card.Alex.in c.turbat.& c.ſi quid.xxxvij.diſt.Bart.in l.ſponſus. §.j.ff.de donat.inter vir.& vxo.& Pau.de Caſt.in conſi.ccccxxij.in antiq.& Io.Fab.in §.fideiuſſores.inſt.& fideiuſſoribus:& plura cumulata per And.Siculum vulg. Barb.in repet.c.Raynaldus.char.antepe.& ſeq.de teſta.per Spec.in ſuo aureo repertorio.tit.vitiarus:vel non.& Ang.in conſi.cv.circa princ.

Adde ad hoc not.glo.adiectionem in l.ſi ſibi.in ver.vtile per inutile.ff.de ſtipul.ſer.Dy.in l.Græcè.in ver.an vtile per inutile.ff.de fideiuſſ. Pan.c.dilectus.nume.6.in ver.per inutile.de præb.Rom.conſi.ccccxvij.Bart.in l.quæ teſtamento.in verſi.vtile per inutile.de leg.

tionem



tionem ſpecialitatis probabilem aſsignare.

4 ¶ † Alij dicunt quòd aut vtile ab inutili ſeparari poſsit, aut non. Primo caſu vtile per inutile non vitiatur. Secundo caſu vitiatur: vt de aqua quotid. & æſti.l.j.§.item quæritur.& §.Trebatius.& not.ff.de vſur.l.pecuniæ fœnebris.de condi.furt.l.ſi ſeruus.§.bonæ. & C. de agric.& cenſit.l.quemadmodum. vbi determinatur apertè quòd parte indiuidui irritata totũ irritatur. Contra quam ſolutionem videtur ff. commu. prædio.l.proprium.

5 ¶ † Sed dicendum eſt, ꝙ licet ius ſeruitutis exceptæ eſſet indiuiduũ, perſonæ tamen à quibus excipiebatur, erant diuiduæ: & ideo facta relatione ad perſonas indiuiduas, vtile non vitiatur per inutile: quia per relationem prædictam poſsibile eſt vtile ab inutili ſeparari. Sed contra hanc reſponſionem videtur l.præalleg.parui.§.in ſeruũ.
6 ff.de arbit. † Vbi erat ius indiuiduum [a], ſcilicet ferendæ
A ſententiæ & perſonæ diuiduæ, & vtile per inutile vitiatur: ſed ibi agebatur de iure quod nõ cadebat inſolidum in perſonam cuiuſlibet ſeparatim: aliàs ſecus, vt eo.tit.l.ſi ita.& ideo ibi vtile per inutile vitiatur. & in l.prædiũ. agebatur de iure quod inſolidum in perſonã cuiuſlibet ſeparatim cadebat.& ideo vtile per inutile non vitiatur.
B cùm ſit diuiduitatẽ reperire circa perſonas. Latiùs [b] tamen dici poſsit quòd oportet tres caſus diſtinguere.nam aliquando duo ſunt concurrentia ad confirmationem vnius actus, quorum vnum eſt vtile, alterum inutile: & tunc ſi vnũ per ſe ſufficeret, valet quod agitur: vt ff.quod falſo tutore auth.l.j.§.ſed Pomponius.& de arbit.l.ſed ſi ita.aliàs ſi vtrunque requiritur, non valet: vt ff.de arbit.
7 l.Pædius. §.in ſeruum. † Aliquando vnum ſolùm eſt factum ex pluribus tamen quibuſdam vtilibus, & quibuſdam inutilibus commixtum, & tunc habet locum diſtinctio. Aut poteſt vtile ab inutili ſeparari, aut non: vt dicta l.j.§.item quæritur.& §.Trebatius, ff.de aqua quotidia. & æſtiua. Aliquando plures ſunt actus diſtantes prorſus & ſeparati, & quorum ſecundus accedere videtur ad reuocationem primi: & tunc ſecundus omnino inutilis non tollit primũ: ſed ſi quid vtilitatis licet non perfectæ contineat, tollit primum: vt ff.ſi cert.peta.l.certi condictio.§.quoniam.& inſtit.quibus modis tolli.obliga.§.præterea.& ff.de lega.j.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus.& de lega.iij.l.ſi iure.& de iniuſto, rupto, & irrito teſtamen.l.ij. & de his quibus vt indignis.l.cùm quidam. & de lega.j.l.planè.& de adimen.leg.l.legatum.§.pater.& l.& ſi transferam.

A Adde quod indiuiduum dicitur de tribus modis, vt per Bar. in l.Græcè. §. illud.ff.de fideiuſ. & Ang. & Imo.in l.j.§.ſed & ſi mihi.ff. de verbo.oblig. Angel. Areti.§.proxi.apoſt allega.& qui dixi §.in regula, generi.in j.addit. in prin.& Fely. poſt Abb.Sicu. in c.cum ſuper abbatis.de officio deleg.

B Latius. Imò breuius, & verius danda eſt vnica regula negatiua non viciari, ſexies ampliata cum vnica adhuc in propria fallentia, vt nouè dixi in lectu. mea pomeridiana & ſpontanea Tubingenſi. l.j.§.ſed ſi mihi. de verbo. oblig.& in tract.diuidui & indiuidui. C.M.

Iſtæ tamen tres vltimæ videntur ſolutionem deſtruere, ſed non deſtruunt, quia ademptio legati quæ per eas inducitur, poterat ſine tranſlatione vtiliter ſeparatim procedere. & eodem modo reſpondendum eſt ad l. iij. §. minor. de fundo inſtru. lega. Dyn.

### In reg. Ex eo. Argumenta.

1 *Legatum nemo conſequi poteſt ex teſtamento quod impugnauit.*

2 *Teſtamentum minus ſolenne dicens, an, ſi ſuccumbat, poſſit in eo ſibi legatum petere.*

3 *Teſtamentum dicere falſum, inofficioſum, & minus ſolenne differunt.*

4 *Teſtamentum dicens inofficioſum, dicit teſtatorem non eſſe mente ſanum.*

### REGVLA XXXVIII.

**E**X *eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus eſt impugnare.*

¶ † S I teſtamentum in quo mihi legatum erat reli- 1
ctum dixi falſum vel inofficioſum, non poſſum petere legatum in eo mihi relictum. quia aut pronuntiatũ eſt contra teſtamentum: & tunc ideo non debetur; quia ex teſtamento ᵃ falſo vel inofficioſo leg. nõ debentur: vt ff. 2
de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. & l. Titia. & de petit. hære. l. ſi teſtamentum falſum. Aut pronuntiatum eſt pro teſtamento: & tunc ideo non debetur, quia niſus extitit impugnare. Et ideo non debeo cõſequi fructum ex eo, vt hîc. & in d. l. Papinianus. §. meminiſſe. & C. de his quib. vt indi. l. alia. † Sed opponitur & videtur quòd 3
etiam ex teſtamento, quod niſus ſum impugnare conſequor legatum; quia ſi dixi teſtamentum minus ſolenne, licet ſuccumbam, petere poſſum legatum mihi in eo relictum: vt ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum. Sed dicendum eſt q̃ ibi deſiſtit ante ſententiam. & ideo parcitur ei. ſed §. meminiſſe. & l. alia. vel ſi perſeuerauerit vſq; ad ſententiam. † Dicendum erit differentiam eſſe, inter 4
eum qui dixit falſum, & eum qui dixit inofficioſum: & dicendo, ſuccubuit ex parte vna: & inter eũ qui dixit minus ſolenne ex parte altera. Nam qui dixit falſum vel inofficioſum, perdit relictum: vt in præalleg. l. & hîc. Et qui dixit, minus ſolenne, non perdit: vt l. poſt legatum. ¶ Ratio autem eſt, quia dicendo falſum, impugno non ſolùm

A Adde plenè Cy. Bal. Pau. de Caſt. & Alexã. Imo. in l. alia. & Bar. in l. Polla. C. de his quibus vt indi. & Bart. latè in l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indi. & in l. cũ filio. in prin. ff. de legatis j. & Bald. conſi. ccccl v. incipien. quidam mœchus. lib. ij. & in conſi. lxx. incipien. quãdo ſapientes. volu. iij. & quod no. Dyn. in regula, beneficium. fol. 3. & Bar. in l. ſi is qui. columna xviij. ff. de vſucapio. Sed quid ſi quis accepit id quod ſibi debet ex donatione cauſa mortis ſeparata à teſtamento, an poſſit teſtamẽtum infringere tenet Ludo. de Vrbe in ſingulari 478. incip. accipiens ſibi. quòd non, per textum ſingul. quem dixit non eſſe alibi. in l. ſi verò. verſic. ſed ſi mortis. de bonis libe. & vide ad intellectum huius regulæ, Innocen. & Abba. Sicu. in c. ex



parte decani. in glo. in verbo, dicebant. & ibi Felin. de reſcriptis.

A Adde quando quid prohibetur, videatur id per quod peruenitur ad illud prohibitum. Bar. & Bal. in antiqua lect. in l. oratio. ff. de ſponſa. vbi ſequuntur Dyn. hîc & vide glo. Cyn. Bar. & Alexan. Imo. in l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. & Cyn. Bal. & Salic. in l. j. C. ſi rector prouinc. vbi ponunt quatuor brocarda. primum vt dixi ſi impeditur principale & eius antecedens. Secundum eſt quãdo principale prohibetur, & eius conſequens. de iſtis duobus habet hic per Dy. & de hoc ſecũdo per Bart. in l. non dubium. C. de legibus. Alia duo brocarda ſunt permiſsiua, ſcilicet quòd vbi aliquod principale permittitur, & eius antecedẽs intelligitur eſſe permiſſũ: vt d. l. ij. de iuriſdi. om. iudic. Quartum eſt, cum quid permittitur principaliter, & cõſequens ſine ſequela permitti intelligitur. de quibus: vide ſ. per doc. & Bar. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. fac. qui ſecundum Bal. in d. l. j. ſi rector prouin. col. vlt. fundauit tractatum in d. l. ambitioſa. ſuper his brocardis quæ furatus fuit Petro. Et quo ad primum brocardum vide Ioan. And. in clemen. eos. ſuper verbo, contrahere. de affinitate & conſang. & hîc Philip. Franc. & quo ad ſecundum Bal. in l. ſi is. C. de prædiis mino. & Ang. in authen. vt cùm de appel. cog. & in hac conſtit. quæ de dignit. & quæ not. Dy. in regula, cùm quid vna via. infrà eo. & Abb. & Felyn. in c. nam concupiſcentiam. de conſtitu.

ſolùm inſtitutionem, ſed etiam legata: ſecus ſi dico minus ſolenne, cùm etiam ex non ſolenni voluntate, id eſt non ſufficiente ad inſtitutionem, poſſunt legata deberi.
4 † Item cum dico inofficioſum, videor dicere teſtatorem non ſanæ mentis: vt ff. de inoffic. teſta. l. ij. & l. Titia. & de leg. iij. l. patronus. §. fi. & conſequenter nec hæredem inſtituere, nec legata relinquere poſſe. Dyn.

### In reg. Cùm quid. Argumenta.

1 *Prohibito aliquo prohibetur ea per quæ ad illud peruenitur.*

2 *Prohibito aliquo cenſentur etiam prohiberi ea, quæ ad illud ſequuntur.*

3 *Matrimonio vetito vetita ſunt ſponſalia. & nu. 5.*

4 *Venditio ſi prohibeatur, traditio prohiberi cẽſetur. et nu. 6.*

### REGVLA XXXIX.

**C**VM *quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.*

¶ D V AE ſunt regulæ quæ videntur æquipollere per
1 omnia. † Prima ᵃ cùm quid prohibetur: & omne id per
A quod peruenitur ad illud, videtur prohibitum: vt ff. de ſponſa. l. oratio. & de fideiuſ. l. cùm lex. C. de natura. lib.
2 l. legem. in fi. † Secunda eſt, cùm quid prohibetur, prohibentur & omnia quæ ſequuntur ex illo, vt hîc. & C. de legib. l. non dubium. & tamen ſunt omnino diuerſæ: quia prima loquitur de conſequentia prohibitionis mediorum, per quæ peruenitur ad extremum: ſecunda loquitur de conſequentia prohibitionis extremorum, quæ
3 procedunt ex primo prohibito. † Verbi gratia: de primo, ſi prohibetur matrimonium inter aliquas perſonas, videntur prohibita ſpõſalia per quæ peruenitur ad ma-

trimonium : vt in d.l.oratio. Item verbi gratia de ſecundo, prohibetur
venditio fundi dotalis,vt in l.rē in præſenti.§.& cùm lex. C.de rei vxo.
act.& inſtit.quib.mod.alie.licet.in prin.& ideo ſi vendatur & tradatur,
traditio quæ ex vēditione ſequitur,videtur prohibita, propterea domi-
num non transfertur:vt inſtit.quib.mod.aliena.licet.circa prin. † Item 4
prohibetur venditio aſcriptitij ſine gleba , & ideo ſi vendatur , & datur
traditio quæ ex venditione ſequitur,videtur prohibita,& propterea do-
minium non transfertur:vt C.de agric.& cenſit.l.quemadmodum.lib.
xj. Item prohibetur alienatio rei eccleſiaſticæ non ſeruata ſolennitate
quæ à iure ſtatuitur.s.de reb.eccle.non alie.& C.de ſacroſan.eccle.l.iu-
bemus.& in authen.hoc ius porrectum. & xij.q.ij.c.ſine exceptione.&
ideo ſi vendatur & tradatur dominium,non transfertur: imò ipſe præ-
latus vel œconomus ad vendicandum admittitur : vt d.l.iubemus.
¶ Sed contra primam regulam videtur ff.de ritu nup.l.ſi quis officium.
† vbi licet matrimonium ſit prohibitum , non videntur eſſe prohibita 5
ſponſalia,per quæ peruenitur ad matrimoniū. Sed dicas quòd aut cauſa
prohibitionis matrimonij erat perpetua , aut temporalis : ſi perpetua,
videntur eſſe prohibita ſponſalia : vt in l.oratio. ſi temporalis, non vi-
dentur prohibita : vt in l.ſi quis officium. † Contra ſecundam regulam 6
videtur.ff.de fun.dot.l.penult.& de vſucap.l.cum vir prædium.vbi erat
prohibita venditio fundi dotalis,& non valebat : & tamen ex ea ſecuta
poſtea traditione dominium trāsfertur irreuocabiliter. ¶ Sed dicas,aut
cauſa prohibitionis durabat : & tunc habet locum hæc regula. vt C.de
legib.l.non dubium.aut erat finita,puta quia matrimonium erat ſolu-
tum, & fundus deſierat eſſe dotalis, & ceſſerat lucro mariti, & tunc ha-
bent locum leges contrariæ.Regula ergo debet intelligi cauſa prohibi-
tionis durante. Contraria verò,cauſa prohibitionis ceſſante.Dyn.

## In reg.Pluralis.Argumenta.

1 *Legatum poſt annos,debetur poſt biennium.*
2 *Teſtes duo intelligūtur, cùm numerus incertus requiritur.*
3 *Locutio pluralis an & quando tria requirat.*
4 *Pluralis locutio geminat ſingularis ſignificationem.*

## REGVLA XL.

PLVRALIS *locutio duorum numero eſt contenta.*

¶ † VERBI gratia : ſi libertas ſeruo legatur poſt 1
annos , de biennio intelligitur. ff. de manumiſſis teſta-
menti. lege , libertas. §.poſt annos. Item ſi promittitur
vel legatur poſt dies a , de duobus intelligitur : vt ff.de A
verborum ſignificatione. lege,inter illam.§.illa legata.
Item

A Adde quòd idem eſt ſi dicatur in diebus illis per text.in dicta l.inter illam. ſecundum gloſ.& Bartol. Alexan.in lege, eum qui Calendis. in princip. ff.de verborum obligationibus. & Ange.in l.libertas. §.finali. ff.de manu.te-



ſtam. Sed quid ſi aliquis promittit alicui in tribus terminis dare decem, nec dicit de quibus intelligetur. Dicit Bar.quòd iſti tres termini debent intelligi de tribus annis.vt ipſe not.in l.iij.in princ.ff.de annuis legat.& Alexand.in d.l.eum qui.licet Lud.Rom.ibi teneat contrarium.Et ad omnia prædicta vide Felyn.in plerunque. de reſcrip.qui idem tenent.ſeq.Bar.

2 † Item vbi requiritur numerus teſtiū ſi certus non adii-
3 citur,ſufficiunt duo: vt ff.de teſtib.l.vbi numerus.¶ † Sed
A videtur ꝙ pluralis locutio requirat tria,a & non ſit con-
tenta numero duorum.vt ff.de optio.legat.l.j.ſed ſi dici
poteſt vt ibi per glo.notatur. Item econtrà videtur ꝙ ſit
contenta vno tantùm,& nō requirat neceſſariò duo:quia
ſi lego tibi Stichum & Pamphilum ſub cōditione,ſi mei
erunt cùm moriar, & vnus tantùm ſit meus tēpore mor-
tis:valet tantùm in eo legatum.vt ff.de conditioni.& de-
4 monſt.l.falſa.§.fi.† Sed ibi non dicit quòd pluralis locu-
B tio ſit vno b contenta:ſed dicit quòd geminat ſignificatio
nem ſingularis,id eſt operatur illud quod duæ ſingulari-
tates diuiſim prolatæ : ſicut patet.ff.de leg.iij.l.qui con-
cubinam.§.ſi Stichus.& C.de impub.& aliis ſubſtitu.l.
quamuis.& ff.ſi quis caut.l.ſi ſeruus.§.j.

## In reg.Imputari.Argumenta.

1 *Conditio poteſtatiua ſi non impleatur, quando non implenti imputetur. & nu.ſeq.*
3 *Legatum quando impediatur per caſum contingentem in perſona alterius.*
4 *Conditio non impleta quando imputetur, & cui.& nu.ſeq.*
6 *Conditionem implere impeditus quando ſibi præiudicet.*
7 *Conditio caſualis quando pro impleta debeat haberi.*
8 *Conditio miſta quæ ſit,& quando pro impleta habeatur.*

A Adde quando pluralis locutio ad minus requirat tria. gloſſ.ſing.in §. & quid ſæpe.& ibi Ludoui.Bolog.in ſuis interpretationibus poſt Ange. in authenti.de trien.& ſemiſ. coll.iij.Aliquando ſignificat plura ſecūdum ſubiectā materiā.vt l.ſed ea. ff.de leg.& per Bart.in l.ſeruo. ff.de optio.leg. & quæ notauit Ang.Aret.in §. fina.inſtitut. de iure perſona.& Bald.in §.libertinorū.inſtit.de liber.& Card. Alexā.in cap.ſi offic.libro x.& Bald. conſilio cccxcix. col.iij. verſi.redeo ad primum.& conſi.ſeq.colū.iiij.verſi.& dico.lib.j.& Archid.& Ioan. Andr.in c.is cui.§.ſi verò.de præben.s.eo.lib.& Angel.Aret.in tract.Maleſi.in verbo,pluribus.& ibi Angel.de Arimino in addit.& conſil.cxij.colum.ij.verſicu.propterea.lib.iij.Barto.in l.qui quartam.§.ſi quis vnam.& ibi dixi in apoſt.ad eum in ver.pluralis.in apoſt.de leg.j.

B Adde quādo pluralis locutio verificari poſſit in ſing.Io.Fabr.& Ange.Aret.inſtit.de iure perſo.in prin.col.j.& Bar.in l.falſum.§.fi.& ibi Bal.& Bart.Soc.de Senis.ff.de cōdi.& dem.& Fely.pulcherrimè & latè in c.omnes leges.j.diſt.in prin.& Bal.conſi.ccccxliij.volum.j.& Alex.conſi.cxxxvj.in fi.prin.& in ij.col.vol.v.

Adde omnino Bald.in l.quamuis.& in l.pen.de impub.& alijs ſubſti.& in l.cum quidam.C.eodem titu.Bar.in l.ſeruus.§.ſi plurium in princip.ff.ſi quis caut.Card. Alexand.in cle.j.q.xxxij.de foro compet.Panor.in c.vt priuilegia.num.ij.& ibi dixi in apoſt.in ver.in ſingularitatem.de priuileg.& Alexand.conſi.lxxxiiij.vol.iiij.

***IMPVTARI** non debet ei per quem non ſtat, ſi nõ faciat quod per eum fuerat faciendum.*

¶†PROPRIE procedit iſtius regulæ intellectus in 1
conditione poteſtatiua, quæ pendebat ex facto legatarij
tantùm, vel hæredis ſcripti, vel alterius cui erat adſcripta.
Nam ſi impediatur eã implere per caſum: nihilominus
debetur relictũ: quia non ſtat per eum quominus faciat
quod per eũ fuerat faciendũ. vt ff. de condit. inſtitu. l. quæ
ſub conditione. §. quoties. † Itẽ in ea quæ pendet ex facto 2
illius cui adſcribitur, & alterius, ſi impediatur per eũ ex
cuius facto pendebat. Sed ſi impediatur per caſum in ſua
vel alterius perſona contingentẽ, relictum non debetur:
& tamen nõ ſtat per eũ quominus faciat quod per eum
fuerat faciendũ. vt ff. de condi. & demonſt. in teſtamẽto.
& l. Titio. §. ſi cùm ante nuptias. & ideo meliùs procedit
in conditione verè poteſtatiua, id eſt quæ pendet ex facto illius tantùm cui adſcribitur. Sed regulæ ſupradictæ
videntur multa obſtare. † Primo, quia iure cauetur quòd 3
ſi legatum mihi relinquatur ſub conditione quæ pendet
ex facto meo & alterius, & impedior per caſum in alterius perſona contingentem, legatum nõ debetur. vt ff. de
condi. & demonſt. l. in teſtamento. & ſ. proximè dictum
eſt. Item ſi relinquitur mihi ſub cõditione, ſi intra x. dies
aſcendero Capitoliũ, & impediar quominus aſcendam,
conditio non habetur pro impleta, licet dies quibus fuit
impeditus nõ computentur. vt ff. de conditio. & demonſtrationib. l. quibus diebus. † Præterea vt hæc & alia con- 4
traria ad præſentis regulæ materiam pertinentia ſoluantur, diſtinguendum videtur: quia aut erat implendus modus, aut implenda conditio. primo caſu ſiue impediar
per caſum contingentem in perſonam meam, ſiue contingentem in perſonam alterius, pro impleta haberi debet, vt ff. de legat. j. l. ſi fundum per fideicom. §. Iulianus.
& de legat. ij. l. Lucius. §. quiſquis. Secundo caſu aut erat
conditio poteſtatiua, aut erat caſualis, aut mixta. [a] ſi pote A
ſtatiua aut pendebat ex facto meo tantùm, aut ex meo
& alterius. ſi ex meo tantùm, aut impedior per eũ cuius
intereat non impleri, aut impedior per caſum, aut per
quendã tertiã. † Primo caſu pro impleta debet haberi. vt 5
ff. eo. l. iure ciuili. & de ver. obl. l. in executione. §. ſi. & de
condi. & demonſtr. l. iure ciuili. & quãdo dies leg. ced. l. ſi
poſt diem. §. item ſi qua. Secũdo caſu idẽ, quia pro impleta debet haberi ſi caſu impedior: vt ff. de condit. inſtit. l.
quæ ſub conditione. §. quoties. In tertio caſu tenetur ille
qui impediuit conditionẽ impleri. vt ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. j. & de condit. & demõ. l. quibus diebus. in
6 prin. † Sed ſi ex eo meo & alterius: aut impedior, per me,
aut per eũ ex cuius facto pendebat, aut per caſum. Primo
caſu nõ habebitur pro impleta. Secundo caſu pro impleta habetur. Tertio caſu aut conditio eſt adiecta in fauorẽ
meum, aut illius in cuius perſonam contingit caſus, aut
vtriſque, aut dubitatur. Primo caſu habetur pro impleta.
Secundo caſu videtur deficere: & ideo non habetur pro
impleta. Tertio quando vtriuſque. ſi impediat per caſum
in alterius perſonam contingentem, non habetur pro
impleta. Quarto quando dubitatur, præſumitur in fauo-
A rem illius [a] cui aliquid erat ſub conditione aſcriptum:

[a] Adde de natura cuiuslibet cõditionis ſ. poteſtatiuæ, caſualis, & mixtæ, gl. Cy. Bar. Bal. Saly. & Alex. in l. j. & in l. ſi põt. & ibi Benedictum de Plumbi. in repet. C. de inſtitu. & ſub. & gloſſ. & ibi latè Bart. & Docto. Inſuper Barth. Socy. de Sen. in l. teſtamẽto. colum. ij. ff. de condit. & demonſt. Et hîc adde Dy. & quæ ibi dico in regu. cùm nõ ſtat. j. eo. & Bartol. in cõſi. xiij. & ibi Ber. Lãdri. in addit. & Iaſ. in d. l. j. & l. ſi pater. de inſtitut, & ſubſtitut,

[a] Adde quòd Bart. in l. Gaio. §. Imperator. ff. de ali. & cib. legat. & in l. illis libertis. ff. de condi. & demon. & in l. qui concubinã. §. vxori. ff. de leg. iij. & ſing. in conſi. ccxj. reprobat hoc Dy. onus nõ videtur adiectũ in dubio fauore legatarij ſpecialiter in legato alimentorũ, licet Dyn. contrarium voluerit & in regula, cùm non. ſtat. j. eod. & glo. in l. j. C. de leg. & Doct. in l. annua. in princ. ff. de ann. leg. ſed Bald. ſequitur Barto. reprobãdo Dy. hic in ſuo conſil. cl. lib. ij. an q. an alimenta legata poſſint peti extra domũ hæredis. vbi cõcludunt Barto. & Bald. quòd non, ſi in domo poteſt cõmodè morari: ſecus ſi impediatur propter factum & ſæuitiam hæredis. vt probatur expreſsè in l. cõcubinam. §. vxori. ff. de lega. iij. & de annuis legat. l. Mæuia. in principio. & §. j. & de alimentis legat. l. iiij. §. fina. & ibi Bartol. & Alexand. in addit. & plenè Bartol. in l. j. eodem titulo. & Bald. in l. j. & in l. annuali. C. de legat. & Bald. in authent. hoc loco. colum. penultima. C. ſi ſecundò nub. dicit quod nouerca non tenetur ſtare cum priuignis. & idem dicit Bald. in rubri. de cohabit. cleri. & mulie. Et vide Specula. in titul. qui filij ſunt legit. ſ. verſicu. quid ſi viro abſente. & ibi Ioan. Andr. in addit. & Alexand. in l. j. C. de inſtitut. & ſubſtitut. columna ſecunda. & Bartol. in l. diuortio. in princip. ff. ſoluto matrimo. Et idem eſt in marito qui atrociter vxorem ſuam verberauit. & quæ aufugit, ſecundum Dynum Cyn. & Doctor. in l. quod in vxorem. C. de negot. geſt. ſecus eſſet ſi vxor ſua culpa receſsiſſet, vt not. hic in cap. ſignifica. de diuor. & Bald. in l. quamuis. C. de legat. & deciſ. Parlamen. Delphin. quæſtio. cccxxxix. & ibi vide materia alimentorum plures quæſt. quid in filio qui debet ali à patre, & vult habitare ſeorſum, an debeat ali. vide Imol. poſt alios. & quod dixit Alexand. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. in fin. ff. ſoluto matrimonio. Et ad prædicta vide Alexand. in conſilio iij. colum. j. volu. iiij. & Ioan. de Anna. in conſilio liij. incip. viſis his. & ibi Lud. Bolog. in addit. & Angel. conſil. cv. incip. donat. Florian. & Alexan. in conſil. c. colũ. j. lib. j. & Angel. & Salyc. in d. l. j. C. de leg. & Paul. de Caſtro. in d. l. diuortio. gloſſ. Angel. & Luder. Bolog. in ſuis ſecundis interpreta. in authent. de inceſt. nupt. in princi. Bar. & Paul. de Caſtr. in l. cùm ij. §. in cauſa. ff. de tranſact. ſecus eſt in alimentis, & relictis ſcholari. nam debent præſtari in loco ſtudij. vt not. Bartol. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. ſi libertis. in fin. de iudi. & Ludouic. Bolog. in dicta authent. de inceſt. nupt. vnde dicit Inn. in cap. ſi. de magiſt. quòd doctor diues tenetur alere ſcholares pauperes. quia

 & ideo

idem Lud.de Rom.in ſuis ſing.fol.4.colum.iiij.

Voluit allegare Rom.ſing.ſuo cxxxviij.incip.volo vnã dicere.& inquantũ dicit quôd pater,tenetur filiũ alere etiã habitã rem ſeorſum amplior, vt teneatur etiã aleret vxorẽ & filios eius ſi nõ habent vnde commodè viuant:vt no.Bald.in l.vbi. verſicu.iſta quæſtio.C.de iure dot.dixi.in apoſt.ad Barto.in l.libertis.§.Lucius.in verb.dom.in fi. poſt Alexand. ff.de ali.leg & in addi.ad Panorm.in cap.ex literis. nume.5. in verſicu.ad alimẽtandum filios.de conuer. in fin.& an pater putatiuus repetat alimen ta à filio putatiuo præſtita. vide quod dixi in apoſtil. ad iſtum in l.ſi neget.in verſicu. cum alimentandi. ff. de liber. agno.& Barto. in l.j.§.competit.ff. ſi mulier. ventr. nom. in poſſeſ.mit.

& ideo caſus in alterius perſonã contingens nihil nocet. vt probatur.C.de inſti.l.j.& ff.de condit.& demon.l.Titio.§.ante nuptias.& §.ſeq.& l.in teſtamẽto.& de annuis legat.in l.Seio.in prin.& l.Męuia.in prin.& de alim.leg. l.Gaio.§.j.de conditio.& demonſtra.l.illis.† Sed ſi erat 7
caſualis conditio expectaretur euentus conditionis.licet enim impediatur impleri per caſum, non habetur pro impleta:vt C.de cad.toll.l.j.§.fin autẽ.& no.ff.de condit. & demonſt.in rubric.† Si mixta, dicendum eſt ꝙ mixta 8
ſumitur duobus modis.nã in vno caſu dicitur mixta,quæ pendet ex facto meo & ex caſu, & in illa ſeruatur idem quod in caſuali.vt not.ff.de condit.& demonſt.in rubri. Alio modo dicitur mixta, quæ pendet ex facto meo & alterius,& in illa quid iuris ſeruetur,dictũ eſt ſuprà,Dyn.

## In reg.Acceſſorium.Argumenta.

1 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

2 *Acceſſorium quando non ſequatur naturam principalis.*

## REGVLA XLII.

ACCESSORIVM *naturam ſequi congruit principalis.*

¶†Si alicui conceditur gratia,& executores dentur,ſicut 1
non finitur gratia morte cõcedentis:ita nec finitur executoris officium quia acceſſorium naturã ſequi congruit a A
principalis:vt ſ.de offic.deleg.cap.ſi ſuper gratia.lib.vj.

A Adde quando acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis.Bald.conſi.xxx.in princip.volu.ij.& in l. his. §. mancipia.ff.ſolu.mat. & glo.& ibi Ludo.Bolog.in l.fi.de condict.indeb.in primis interpre.& Hyppol.de Marſili.in ſuo ſing.xvij.incip.acceſſorium.& Alberi.de Roza.hîc.& in ſeq.regul. & an ſublato principali tollatur acceſſorium.vide Cyn.in l.ij.& ibi Doctor.C.de luit.pign.& quod not.in l.ſi parernam.per Bald.& Ludo.Bolog.in ſuis ſecundis interpret.C.ad Velleian.& Ioan.Fab.in d.l.ij.& Barto.in l.j.ff.de penul.leg.& in l.fi. §.Lucius.& ibi Docto.Moder.ff.de condict.indeb.& Philip.Franc.hîc.& Card.Alexand.in c.ſi laicus.xx.diſtinct.& acceſſorium non poteſt trahere ad ſe principale, niſi exprimatur.vt dicunt Petrus de Ancha.& Felynus in cap.cum M.in col.ix.circa princip.de conſtitut.Et vide quando extinguatur acceſſorium extincto principali.Lud.Bolog.in l.vtiq;.ff.de rei vendic.in primis interpreta.& Alex.in addi.ad

& videtur



Bartol.in l.non vtique.& ibi Ludou. Bolog.in primis interpret.ff.de eo quod certo loco.& vide Lud.de Rom.in conſilio cccxxx.& in ſingul.ccccclxxviij. verſic.tu habes regulam.

& videtur hæc regula obtinere, ſiue tractetur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando.de inducendo probatur in d.ca.ſi ſuper gratia.de tollendo, probatur.ff.de penu.leg.l.iij.& de pecul.leg.l.j.ij.iij.& iiij. & de fund.inſtr.leg.l.fundi.& de eo quod certo loco.l. centũ Capuæ.§.fi.& C.de vſur.l.eos.& in reg iuris ciuilis.l.cũ principalis.de confirmando, probatur in præal-leg.cap. ſi ſuper gratia. Obſtare tamen videtur.ff.de eo quod certo loco.l.centũ Capuæ.& l.fin.vbi acceſſorium
2 naturam non ſequitur principalis. †Sed dic,quòd aut in acceſſorio reperitur prouiſio,vel diſpoſitio ſpecialis,aut non.Primo caſu habet locum contraria. Secundo habet locum regula, & concordantiæ regulam confirmantes. Eodem modo reſponderi poteſt ad l.ſi cui fundum.de fund.inſtr.leg.& ratio eſt:quia prouiſio & diſpoſitio ſpecialis derogat illi quæ virtute iuris,vel ſignificatione verborum intelligebatur incluſa. vt C.de pact.conuen.l.fi. & de vulg.& pupil.ſubſtit.l.cohæredi.§.qui patrem.

## In reg. Qui tacet.Argumenta.

1 *Tacens conſentit,ſi contradicendo impedire poterat.*

2 *Pater dicitur conſentire, qui permittit vt filius decurio creetur.*

3 *Conſentire creditur qui præſens rem ſuã obligari permittit.*

4 *Conſentit qui alium de iure ſuo patitur experiri.*

5 *Præſens & tacens quando non præſumatur conſentire.*

## REGVLA XLIII.

QVI *tacet,conſentire uidetur.*

1 ¶†INFALLIBILITER locũ habet
A regula a in illis q cõtradicẽdo poterãt impedire qđ agebatur:vt ſ.de accu.c.ij.lib.vj.nã ibi poterat impedire ne

A Adde, ad iſtam regulam & ſequentem gl.& Doct.in c.nonne.de præſump.Cy. & Doct.in l.inuitus.C.de procur.& Bart.in l.quæ dotis.& ibi Doct.Moder.& Bart. & Soc.in l.ij.§. voluntatem. ff. ſolut. matrim. & Angel. Aret. §. penult.inſtit. quib. modis ius patrię pote.ſol. & de legi.parẽtut.in princip. & Anto. Corſe. in ſuis ſingul.in litera, licentia. & in litera,minor.& Barto.in ſua diſputatio. incipien.mulier habens. colum. iiij.verſicu.circa ſecundum.& Alexan.Imol.in conſi.j.col.pen. l.fin.libr.ij.& in conſ.viij.iij.col. poſt mediũ.verſic.ſed præmiſ. lib.v. & Bart.in l. in adoptionibus.ff.de adop. & Abb. in cap. ex parte decani. in iij. & iiij. col.de reſcript. &in d.cap.nonne. Innoc.in ca. in Geneſi. de electio. & Abb. in conſil. lxxxviij. libr.i. & in cap.penul.de procur.& aliqu id.in c.cum dilectus.in j.col.de conſuet.& in cap.dilecti.de arbit.& per Specu.titut.depoſiti.§.ix.per totum.vbi verò vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus poſitiuus:tunc tacens ſine dubio, habetur pro conſentiente:vt not. Bartol.in l.quo enim.ff.rem ratam haberi.& ex hoc infertur quòd qui ſcienter recipit literas alicuius, in quibus dicebatur quôd erat debitor mittentis, neque ilico reclamauit,videtur conſentire. Ad hoc eſt bonum text.in l.ſi



ad in

filiusfam.& ibi Bart.Ang.& Paul.de Caſt.ff.ad Maced.quod nota pro literis cambij.& vide Bart.in l.Titius Seio.ff.de conſtit. Pet.qui dicit illam l.ſi filiusfa.eſſe ad illud dictum ſingul.pro quo vide bonum text.in clem.j.de procur.& ibi Card.Flor.& Docto.& Abb.in d.cap.penul.de procur.& Alex.in addit.ad Bar.in d.l.qui enim.& Cepol.in cautel.xxxiiij.& in conſil.lxij.colũ.iij.verſi.vij.& Ioan. Bapt. in addit. Alb.de Roza.in dictionario. in litera tacens.& Matthæus de Matth. Innoc. colum.iiij.verſ. not. mirabilem modum extorquendi confeſſionem. not.tamen quòd in onerosis, & maximè obligantibus perſonã, regulariter tacẽs habetur pro contradicente. & hic per Dyn.in reg.ſequen.is qui.& not.ff.de procur.l.filiusfam.§. inuitus.ſecus in re concupiſcibili,ſeu & commodum afferente.vt not.in l.qui patitur.ff.mand.& fuit theorica Innoc.in d.cap.in Geneſi, & quod habetur per Ioan. An.in gloſſ.hic & in cap.ſicut.de elect.ſ.eo.lib.& vide And. Barb.in d.c.cum dilectus.de conſuet.& Ant.Corſ.in ſuis ſing.in litera,taciturnitas.& Alexan.in l.quæ dotis.ff.ſol. matr.& plenè per Fely.in cap.cùm M.in xvj.col.poſt princ.de conſti.vbi ponit regulã cum v.fallent.& Io.de Plat.in l.pari.C.de filiofam. lib.x.& Bal.in d.l.filiusfamiliàs.§.inuitus.de procur.& Inn.in c.ſicut tuis.de ſimon.& Lud. Bolog.in l.fin.ff.de appel.in ſecundis interpre.& Io.Fab.in §.admonendi.inſti.quib.mod.ius pat.ſol.& ibi Chriſtoph.Porc.Iaſ.de May.in addition.& ſing.Bald.in §.ſed & ſi pater.eo.tit.& in l.ſi ſine voluntate.C.ad ſenat.Velleia.& in l.j.C.vnde vir & vxor. & Cardin.Alexã.in c.feriati.xxxij.diſt.& plenè per Archid.& eundem Card. in c ſi ſeruus. in ſecundo. liiij.diſt.& Ioan.And.hic in nouel.& Phil.Franc.vbi dicunt Archi.Io. And.& Card. Alexan.vnum not.dictum,ꝙ ſi canonicus fuit electus ad aliquam dignitatẽ,& epiſcopus, eo præſente dat præbendam ſuam,& ipſe non cõtradicit, valebit ex nunc talis collatio præbendæ:dato quòd poſtea caſſetur electio dignitatis, non poterit tamen poſtea iſte ad ſuam præbendam reuerti, quam per prædicta viſus eſt habere pro derelicta.quod not.& vide Bar.in l.j.C. de retat.dicens quòd in iudicio tacens videtur conſentire.& tenet Bal.in l.ij.C.quomodo & quando iud.vide Cepolam in cautela cxxiij.incip.eſt dubium ad materiam regularum.vide Ludo.Pont. de Vrbe.in ſuis ſingu.fol.14.colum.j.ver.modo pone.& vltra caſus fallentiales, ꝙ tacens habetur pro conſentiente, ſcilicet fauore pupilli & Reipubli.vt dicit Dyn. hic in cap.is qui addit. Ludo.de Rom.alium fauore eccleſiæ.vt ipſe not.in conſilio cccxj.poſt princip.adde Bald.Abb.& Felyn.in cap.nonne.vbi Felyn. ponit tres regulas cum pluribus fallentiis.& vide Felyn.in ca.veniens.de ſimon.& in ca.cauſam matrimonij.col.iij.verſ.ij.declaratio.de offic.deleg.& Lanfran.de Oria. in tract. ſuo de arbit,ſuper verbo,emologatio,

ad inquiſitionem procederetur infamia non præcedente: & ideo ſi præſens fuit,& tacuit:& nõ impediuit,conſenſiſſe videtur. Propterea fruſtrà poſteà nititur infirmare.
2 † Idem in patre quo præſente filius creatur decurio: nam ſi non contradicit. conſentire videtur: vt ff.ad municip.l.quoties.& de decur.l.honores.§.pater. Idẽ in fideiuſſore à tutore nominato,qui patitur nomen ſuum ſcribi in actis,& non contradicit, quia videtur conſentire &per ſolennẽ ſtipulationẽ ſe obligare.vt ff.de fideiuſ. tut.l.iiij.§.vlt.
3 † Idem in eo qui ſe præſente rem ſuã patitur obligari,& non contradicit:quia cõſentire videtur: vt ff.de pignorib.l. fideiuſſor.§ pater. Idem in filia qua

præſen



præſente & non contradicente, cùm cauſam contradicendi haberet,pater experitur de dote:quia conſentire videtur.ff.ſol.matri.l.ij.§.voluntatem.
4 †Idem generaliter in quocunque qui patitur alium experiri de iure ad ſe pertinente: vt patet per plura exempla.vt ff.de re iud.l.ſæpe. ſed contrà videtur.ff.de fur.l.qui vas.§.vetare.ſed ibi cõtradicendo fortè non poterat impedire:& ideo pro conſentiente non habetur:vt ff.de leg.ij.l. Titia.§.Lucia.& ff.de pig.act.l.Gaius.& ibi no.& in l.præalleg. l.ſæpe.de re iud. Præterea contra regulam videtur apertè.ff.de re iud.
5 l.iure autem.& de arbit.l.ſicuti.vbi† præſens non videtur conſentire,licet contradicendo poterat impedire.Sed dici poteſt,quòd aut agitur de præiudicio generando præſenti:& tacenti aut alteri extra perſonã præſentis & tacentis.Primo caſu habet locum regula.Secundo contraria:ſicut patet per ſimile in perſona tutoris qui licet ſit præſens his quæ cum pupillo agũtur:nõ videtur propterea cõſentire.nec autoritatẽ præbere. niſi expreſſe loquatur.ff.de auth.tut.l.j.in fi.&l.ij.& iij. Itẽ cõtraria videtur regula q̃ immediatè ſubiicitur.is q tacet,&c.ſed ſolues. vt ibi Dy.

## In reg.Is qui tacet.Argumenta.

1 *Tacens nec fateri,nec negari cenſetur.*
2 *Dominus quando & quatenus de contractu ſerui teneatur.*
3 *Taciturnitas conſenſum non operatur,vbi de aliquo obligando tractatur.*
4 *Tacens conſentire videtur ſi de præiudicio vel exceptione agatur.*
5 *Tacere medium quoddam eſt inter conſenſum & contradictionem.*
6 *Medium quando trahatur ad extrema.*

## REGVLA XLIIII.

IS QVI ***tacet,non fatetur:ſed nec utique negare uidetur.***

1 ¶DVO dicit.†primò ꝙ ille qui tacet,non videtur fateri. ſecũdo quòd ille qui tacet, non videtur negare.Ratio autem regulæ eſt,ꝙ tacere eſt mediũ inter illa duo extrema,id eſt expreſſũ cõſenſum &expreſſam cõtradictionẽ.Huius autem exemplum propriè colligitur.ff.de tribut.l.j.
2 §.ſciẽtia.†nam vbi dominus expreſſe cõſentit cõtractibus ſerui, tenetur inſolidũ, vt ibi:vbi verò cõtradicit,tenetur de peculio: & deducit qđ ſibi debetur.ff.de pecu.l.ſi quis ſeruũ.§.etiã.& l.quoties.ſed vbi tacet,& non conſentit, nec contradicit,& eo ſciẽte cõtrahitur,tũc eligitur quædam media via:quia tenetur tributaria,& cõcurrit vnà cum aliis creditoribus.vt in præalleg.l.j.§.ſentẽtiã.Sed videtur hæc regula directè cõtraria precedẽti.Et ideo ſolẽt aliqui dicere maxime.ff.de proc.l.filiusfam.
3 §.inuitus †qđ vbi tractatur de aliquo obligando taciturnitas nõ operatur cõſenſum.vt d.§.inuitus.& hoc fallit propter fauorẽ Reipub.in patre,quo præſente& tacẽte filius creat̃ decurio.vt ff.ad municip.l.ij.&de decur.l.honores.§.fi.Itẽ fallit fauore pupilli in fideiuſſore tutoris qui
4 patitur nomẽ ſuum ſcribi.vt ff.de fideiuſ.tut. l.iiij.§.vlt.†ſed vbi agitur

de

de aliquo præiudicio vel exceptione paranda,qui tacet, conſentire videtur.vt in reg.præcedenti.& C.qui milit.non poſſunt.lib. xij.l.ſuper ſeruis.de epiſc.& cler.authẽ.ſi ſeruus.& ff.de pign.l. fideiuſſor.§. pater.tamen contra prædictam ſolutionem eſt.ff de fur.l.qui vas.§. vetare.vbi tractatur de exceptione paranda.& tamen qui tacet,perinde habetur ac ſi non conſentiret. Item obſtat per eũdem modum.ff.de leg.ij.l.Titia. §.Lucia.& de pig.act.l. Gaius.& ideo conuenientius circa ſecundũ art. vbi tractatur de exceptione paranda vel præiudicio , dicendum eſt ſicut cauetur in iſta regula iuris , ſcilicet quòd qui tacet,non videtur conſen-
tire,nec etiam contradicere:† quia tacere eſt medium inter conſenſum 5
& contraditionem. Sed aliquando illud medium ſumit effectum vnius extremorum,aliquando alterius : nam ſi contradicendo poterat impedire , tunc tacitè aſsimilatur conſenſui.vt d.l.fideiuſſor.§.pater.ſed vbi contradicendo non poterat impedire: tunc tacitè aſsimilatur contradictioni.vt l.Gaius.& l.Titia.§. Lucia. & de re iudica.l.ſæpe. Et hæc vera ſunt,vbi propriè non inueniret effectum diſpoſitionis medij : ita quod diſtinguantur à diſpoſitione cuiuslibet extremorum. † Sed vbi eſt inue
nire effectum diſpoſitionis,tũc medium non trahitur ad extrema,id eſt 6
tacere non trahitur ad conſenſum , vel contradictionem: ſed quadã via media diſponitur.vt patet in d.l.j.§. ſcientiã.ff.de trib.& hoc caſu propriè intelligitur hæc regula,& eius exemplum.Dyn.

## In reg.Inſpicimus.Argumenta.

1 *Veriſimilius attendi debet,vbi verba ſunt obſcura.*
2 *Conſuetudo regionis in ſolutione pecuniæ atenditur maximè.*
3 *Scriptura ſi obſcura inueniatur,quis ordo teneatur.*
4 *Veriſimilitudo ex quibus percipi poßit.*
5 *Significatio propria attenditur,vbi quod veriſimilius eſt non inuenitur.*

## REGVLA XLV.

INSPICIMVS *in obſcuris quod eſt ueriſimilius , uel quod plerunque fieri conſueuit.*

¶ IN hac regula continẽtur certitudo &declaratio eius quod eſt obſcu
rè prolatũ,quod percipitur dupliciter.† Nã primo ex veriſimilitudine. 1
verbi gratia : Vẽdo tibi librũ pro x.& ego venditor dico me ſenſiſſe de decẽ libris Turonen.& tu emptor de x.libris Peruſinorum ſenſiſſe te dicis.Dubitatur de qua pecunia videatur actum.& dicitur ꝙ primo inſpicere debemus id quod eſt veriſimilius.nam ſi liber valeat x.lib.Turon. actũ videatur veriſimiliter de Turonẽ. ſi x.Peruſinorum,tunc videatur
actum de Peruſinis. † Sed ſi cõmunis æſtimatio libri mediũ teneat:ita, 2
quòd non appareat cui eſſet proximior: tũc ſequimur conſuetudinem regionis:vt hic,& ff.eo.l.ſemper in ſtipulationibus.& ad idẽ.ff.de rebus dubiis.



dubiis.l.j.& l.vtrum.§.quæſitum.& ad Trebel.l.quoties. Itẽ ſi lego tibi x. & non appareat de qua pecunia ſenſerim , inſpiciemus quod eſt veriſimilius , & ex vicinitate ſcripturarũ præcedentium vel ſequentium:vt ff.de leg.j. l.ſi ſeruus plurium. §.ſi.de teſt.l.hæredes palàm. §.ſed & ſi notam.& de hæred.inſti.l.qui non militabat. §.Lucio. ¶ Sed contra regulam videtur s̃.eod.c.in obſcuris.vbi dicit ꝙ in obſcuris minimum eſt ſequendum. Dicendum eſt ꝙ illa ſecundum iſtam intelligitur : quia ſequimur quod eſt minimum in obſcuris.id eſt,vbi quod eſt veriſi-
A militius[a] non apparet.vt ibi dicitur.† Ordo igitur ſecundũ
3 intellectum ſcripturarum obſcuritatem continentiũ hîc ſeruandus videtur : quia primo ſequimur voluntatem,ſi de ea poteſt apparere:vt ff.de cond.& demon.l.pater. in princ.& §.conditionum verba.de reb.dub.l.ambigua. & C.de lib.præter.l.iij.In ſecundo ſequimur id quod eſt veriſimile:vt hic,& eſt.ff.eod. l.ſemper in ſtipulationibus. & de reb.dub.l.cùm in teſtamento.& de leg.j.l.cùm res.
4 ij.reſponſ.† Veriſimilitudo autem percipitur aliquando ex comparatione rerum adinuicem, vel cõparatione rei ad pretium : vt dictum eſt ſuperius in exemplo. & ff. de reb.dub.l.j.& l.vtrum.§.cùm quidam.Aliquando ex vicinitate ſcripturarum.vt d.l.ſi ſeruus plurium.in ſi.Aliquãdo ex dignitate perſonarum:vt ff.de aur.& arg.leg.l.Titia.§.Seia.& de adi.leg.l.cum alimenta.Aliquãdo ex charitate & neceſsitate perſonarum. vt d.l. ſi ſeruus pluriũ. §.ſi.Aliquando ex conſuetudine regionis. Aliquando ex conſuetudine loquentis. vt dicta l.ſeruus plurium. & hic
5 in fine iſtius regulæ.† Tertiò vbi veriſimilius non apparet , recurritur ad propriam ſignificationem verborum: vt ff.de leg.iij.l.non aliter. Quartò ſi verborum ſignificatio nõ eſt certa,ſequimur quod eſt minimum. vt s̃.eo. c.in obſcuris.de lega.j.l.ſi ita ſcriptum.& l.apud Iulianũ. §.Seio.& de leg.iij.l.nummis.& l.qui cõcubinam.§.cùm ita. Quintò ſi non apparet quid ſit minimum , iudicatur non valere:vt ff.de teſtam.tut.l.duo ſunt Titij. & de reb. dub.l.ſi fuerit.& l.ſi quis pluribus.& de manu.teſt.l.cùm ex pluribus.Dyn.

A Adde quando veriſimilitudo operetur & attendatur.Bartol. Bald. Alexand. & docto. Modern. in l. ſi ſeruus pluriũ. §.fin. ff. de leg. j.& Barto. in l. ſi fuerit. ff. de reb.dub.& Ioã. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de legatis j. Et quando in teſtibus, vide Felin. in c.ſignificauerunt. colum. v. verſic.not.ff.de teſtib.in cap.auditis. colũ.v. de præſcrip. & ibi quid dicatur veriſimile.& in c. quia veriſimile. & ibi Felin. de præſump. & Bald. in conſil. lxxv.incip.literæ j.lib.& quomodo probetur veriſimile,vide Bal. in conſilio cclxxvj. eodem volum. adde an contra veriſimilitudinẽ admittatur probatio.& diſtinc.q. non , niſi cauſa cognita.vt not. Card.& doctor. in ca.quantum. de præſumpt. Panor. ca. quia veriſimile. eod. titu.facit c.filij.

## In reg.Is qui in ius. Argumenta.

1 *Succeſſor eo iure vtitur,quo prædeceſſor.& nu.9.*
2 *Hæredi competit ius excipiendi,quod defuncto competijt.*

Suc

de hæret.lib.vi. diffuſè tetigit Archid. vij.q.i. c. pontifices. & Spec.in titul.de probat. §. nunc dicendum. in princ.& vtrum maior veriſimi litudo tollat mi norē, no.Bal.in l. ſiue poſſide- tis. ad fi.verſic. item not. C. de probat.

3 *Succeſſores qui dicantur vniuerſales, & qui ſingulares.*
4 *Ius agendi quod defuncto competit, hæredi competit.*
5 *Ius excipiendi ipſo iure tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
6 *Exceptio quando obſtet ſingulari ſucceſſori, quæ obſtabat prædeceſſori.*
7 *Ius agendi merè perſonale in ſingularem ſucceſſorem non tranſit ſine ceſſione.*
8 *Ius perſonale in rem ſcriptam ſine ceſſione tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
10 *Succeſſor quā eodē iure vtatur, quo defunctus, cui ſucceſſit.*
11 *Actio iniuriarū vniuerſali etiam ſucceſſori nō permittitur.*
12 *Actiones quæ, & quando tranſeant ad hæredes.*
13 *Pœna ex contractu debitè tranſit in hæredes.*
14 *Exceptio excōicationis an poſſit opponi ſucceſſori ſingulari.*
15 *Excōmunicatio prædeceſſoris quādo obijci poſſit ſucceſſori.*
16 *Compenſatio obſtans venditori, an poſſit opponi emptori.*
17 *Emptori poteſt opponi quicquid venditori poteſt obijci.*
18 *Exceptiones quæ fideiuſſoribus competant, & quæ non.*

## REGVLA XLVI.

**IS QVI *in ius ſuccedit alterius, eo iure quo ille uti debebit.***

¶ † E T de iure agendi & iure excipiendi loquitur regu- 1
la. vt ff. eo. l. inuitus. §. plerūq;. & in ſucceſſore vniuerſali procedit per omnia propriè tam actiuè q̄ paſsiuè: actiuè, quia ius agendi quod competebat defuncto, ſiue erat reale, ſiue perſonale, ſiue mixtum, ſiue in rem ſcriptum competit hæredi. paſsiuè, quia ius agendi quod competebat contra defunctum competit cōtra hæredem: vt inſti. de perpe. & temp. circa prin. † Item ius excipiendi quod 2
competebat defuncto, competit hæredi: & econtrà quod competebat contra defunctum, competit contra heredē. & ideo ad regulæ declarationem & eorū quæ dicta ſunt pro regula exponenda, dicendum eſt † q; quidam dicūtur 3
ſucceſſores vniuerſales, vt heredes, bonorum poſſeſſores, & ex Trebelliano ſucceſſores. & iſti appellantur propriè ſucceſſores[a] iuris: quia ius in vniuerſum quod defunctus A
habuit ſuccedunt. ff. de hære. inſti. l. quoties. §. hæredes. & colligitur. ff. de ver. ſig. l. nihil. ¶ Quidam verò dicuntur ſucceſſores ſingulares, vt emptores ſingularum rerum & donatarij & legatarij, & iſti appellātur propriè ſucceſſores in rē, quia non in ius vniuerſum, ſed in ius ſingulare ſucc

A Adde quis dicatur propriè ſucceſſor. Bald. in cōſi. ccccviij. col. ij. verſicu. ſi ex ſecundo. lib. iij. & ibi etiā di cit, q; ſucceſsio vniuerſum ius ſignificat. facit l. nihil. ff. de ver. ſig. & gl. Io. Fa. & Angel. Aret. inſt. de author. tut. in princ.



ſuccedunt. ff. de eden. l. quædā. §. his autem. & de iureiu. l. etiā ſi in rē. & quorū leg. l. j. §. illud tenēdū. iis præmiſsis
4 dicendum eſt, † q; ius agendi quod cōpetebat defuncto, competit vniuerſali ſucceſſori, & econtrà, quod cōpete-
A bat contra defunctum, cōpetit contra hæredem[a] vniuerſalem ſucceſſorem. ¶ Item ius excipiendi quod compete-
5 bat contra defunctum, contra hæredem competit. † In ſingulari autem ſucceſſore dicendum eſt quod ius exci-
B piendi trāſit ipſo iure in ſingularem ſucceſſorem.[b] vt ff.

A Adde tex. Cy. & Bal. & ſequaces in l. vna. C. vt act. ab hære. & contra hæredes. incip. & pulchrum conſi. Bal. ad hanc regulam in conſi. lxxvij. incip. in quodā contractu. vol. iij. & Io. de Plat. in l. quiſquis. in iij. not. C. de cohort. lib. x.

B Adde quidem tenet Bar. in ſua diſp. incip. ciuitatis Piſanæ. col. iiij. verſicu. v. Sed an ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare colono. vide Bar. Bald. Alex. & Fran. de Are. in l. ſi filio. §. ſi vir. ff. ſol. ma. & Bal. in l. diuertio. in prin. eod. tit. & ibi Ludo. Bolo. in primis interpr. & in l. prouidendū. C. de decu. lib. x. & Barth. Socin. de Senis in rub. ff. ſol. mat. col. ix. verſi. præterea. & Alexan. conſi. cxviij. & conſi. cxvij. volum. v. & Abb. Sicu. in ſua diſput. incip. Sempronius clericus. verſi. ad quintum arg. & Chriſto. Por. & Iaſ. in addi. ad eum. & ibi Ang. Aret. in §. fin. de colla. & cond. inſti. & in deciſio. Capel. Tholoſ. ccccxx. & deci. Parla. Grat. Delph. q. cccclxxx. & tex. in l. arbores. §. penſiones. & Fran. de Rampo. in ſuo conſil. quod ponit inter conſil. domini Ioan. Calder. titu. de loca. conſil. i. & in conſi. vij. eodem titu. & Ang. in conſi. ccxlv. col. v. verſi. v. ff. de vſufruct. Cyn. Barto. Bald. & ſequen. in l. emptorem. C. de loca. & Abb. Sicu. in c. fin. ne prælatus vic. ſuas. & Ludo. de Ro. in conſi. xxij. col. ij. Bald. in conſi. ccxxv. & in conſi. ccccxiij. lib. iiij. & Ang. conſi. ccxliij. & Anto. Corſet. in ſuis ſingu. in litera, pactum. And. & Barth. in repet. Ioanninæ. in cap. Raynaldus. charta xj. col. iij. in princ. & Old. in xxiij. col. ij. poſt medium. de teſta. ſed an pactum vel contractum prædeceſſoris ſeruare teneatur, vide Lud. de Ro. in conſi. cxvi. & tex. & ibi Abb. & doct. mod. in cap. veniens. de tranſact. & in cap. epiſcopi de rebus eccle. non alie. & in ca. ij. de rerum permut. & Bald. in dicto conſi. ccccxiij. in conſi. cclj. in conſi. ccxliij. libr. iij. & Cyn. & ſequen. in l. digna vox. C. de leg. vbi ponunt quid in principe. & vide pulchrè Ant. Corſet. in ſuo eleganti tractatu de poteſtate regia. in q. cxviij. & deciſi. Capel. Tholo. lxx. vbi ponit de ſucceſſore in beneficio an teneatur ſoluere debita prædeceſſoris.

Adde in quantum quærit an ſucceſſor vniuerſalis habeat ſtare colono: quia de ſingulari non eſt dubium q; non. vt not. in l. emptorem. C. loc. niſi habeat vtile dominium, vel aliud ius, quia conduxit ad longum tempus: quia tunc non poteſt excipi à ſucceſſore ſingulari. not. Alexand. in l. ſi filio. §. fin. ſol. matr. vel niſi habeat hypothecam in re conducta: quia eam retinet donec reſtituatur ſibi penſio ſoluta, & ſoluatur intereſſe, vt per Bart. & Alexan. in alleg. l. ſi filiofamil. idem Bart. in l. j. §. quod autem. ff. de ſuperfic. & in l. emptorem. C. loc. & in l. fundum. ff. eod. & Bald. in l. i. C. de fruc. & litium expen. vniuerſalis verò ſucceſſor tenetur ſtare illi. & vt no. Bart. Alex. & doct. in alleg. l. ſi filiofa. §. fin. niſi partiario, vt per eos ibi. vbi etiam Paul. de Caſt. & Lud. contra Bal. in l. certi. C. loca. & in l. j. C. de fruct. & lit. expen. & quid in vſurario ſucceſſore: & dic quôd tenetur ei ſtare. vt per Alex. & Bar. in alle. l. ſi filiofa. & in l. ſi habitatio. ff. de vſufruct. Secus autem eſt in vſufructuario, niſi ſit expreſſè dictum, vel penſiones reſeruare domino. l. arbores. in princ. ff. de vſufruct. & Bald. in l. j. ad fin. verſic. pone maritus. C. de fruct. & litium expen.

de contr

A Adde an priuilegium perſonale vt mulier præferatur in perſonalibus: vt l. vna.C.de priuil.dot.& l.dabimus.& ibi doct.ff.de priuil.cred. & priuilegium reale quod præferatur hypothecariis habentibus tacitam.vt l.aſsiduis.C.qui pot. in pigno.& §.fuerat.de act.inſt.tranſeat ad hæredes.dic quòd non,vt tenet Bart.in d.l. vna.verſi.quæro igitur.de quo ibi per Cyn.Bald.& Salic.& Ange.Aret.Ioan.Fab. & Iaſ. in dicto §.fuerat. & quę not.Dyn. in regula,qui prior. & in addition. vlt.& not.quando priuilegiatur ſuccedens non priuilegiato vtatur priuilegio ſuo in materia in qua ſuccedit. vide ſingula. remiſsiones per Feli. in cap.de quarta.de præſcrip. colū. xiij. poſt medium. verſi. ponit Abb. & Petr.de Ferrar. in forma libell. de reſti. in integrum. in gloſſ. ſuper verb. eundemque.colum. penult. Bartol. in l. fiſcus. ff.de iur.fiſc. & Abb. Sicul. in conſil. ix.lib.j.& deciſ. Capell.Tholoſ. q.ccxvij.

Adde inquantum hic loquatur de priuilegiato ſuccedente non priuilegiato, Bal.omnino in authen. quas actiones. numero 10. verſiculo quæſtio ſtat in hoc. &

de contrah.emp.l.dolia.§.eum.& de iureiu.l.etiam ſi in rem.& de hæred.vend.l.emptori.& de excep.rei iudic.l. ſi à te.§.Iul.& l.ſi mater.§.item Iul. & de reg.iur.l.inuitus.§.plerūque.Item contra ſingularem ſucceſſorē ſimiliter ipſo iure.vt ff.commu.diuid. l.in hoc iudicium. §.ſi inter ſocios.& pro ſoc.l.idémque.in fi.& de pign.l.ſi ſuperatus.in fi.& de excep.rei iud.l.exceptio.Et hoc eſt intelligendum de iure excipiendi cohærente rei. †In iure autem excipiendi cohærenti perſonæ diſtinguitur, quia ſi ſucceſſor ſingularis habeat titulum lucratiuū,vel quaſi obſtat ſibi exceptio quæ obſtabat actori:ſed ſi non habeat titulum lucratiuū,tunc non obſtat, niſi vteretur aceſsione perſonæ actoris.vt ff.de except.l.ſi in rem legatam.& de doli exce.l.apud Celſum.§.de authoris. & §.ſi cum legitima.& §.ſi quis autē.& §.authoris. †Ius autem agendi merè perſonale non tranſit ad ſingularē ſucceſſorem ſine ceſsione.vt ff.de pec.l.quis ergo.in fi.& vſuſfru. quemadmo.caueat.l.omnes. §.ſi hæres.& de contrahen. emp.l.ꝙ ſæpe.§.ſi res.& de ædil.edict.l.ſciendum.§.deinde.& pecu.l.ſi Sticho.& de ver.ſig.l.ſciendū.§.vl.Item nec contra ſucceſſorem ſingularem.vt ff.de eden.l.quædam.§.is autē.& ad Treb.l.j.§.ſi hæres. C.de act.& obli. l.j.†Cùm ius perſonale in rem reſcriptum tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ſucceſsione.vt ff.de aqua plu. arc.l.ſi tertius.§.ſi quis prius.& de itin.actuq; pri.l.apparet.§.j.& l.ſeq.Item cōtra ſingularem. vt ff.de aqua plu. arcē.l.empto.& l.poſt venditionem.& d.l.apparet.§.j.& quorum lega.l.j.§ illud. †Sed oppo.ꝙ ſucceſſor non vtatur eodem iure quo vtitur ille in cuius locum ſuccedit:vt patet in muliere quæ priuilegiata eſt in perſonali de dote,& tamen hæres eius extraneus non vtitur eodem priuilegio.vt C.de priui.dot.l.vnica[a].& qui pot.in pig.hab. l.fin.§.exceptis.Item patet in extraneo hærede mariti:vt ſolut.matr.l.maritum.& l.ſeq.& de re iudic.l.ſciendum. ¶†Sed dic ꝙ aut id erat cohærēs perſonæ,& in fauorem perſonæ inductum:aut erat cohęrens rei vel cauſæ.Nam

pri



quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum in verſ.vtitur ſuo priui.C.de ſacroſan.eccle.vbi etiam Cy.& Ful.& plenè per Gemin.poſt text.& gl.& ibi c.j.ſ.de iure pat.iſto lib.

A Adde quando actio iniuriarum tranſeat ad ſucceſſorem.glo.Cyn Bal. & Saly. in l.fi.C.de hære.vel act.vend.& Bar.ibi Alex.in addit.l.iniuriarum.ff.de iniur.vbi quærit Alex.an pro iniuria illata Abbati agat ſucceſſor pro hoc adde Bal. in l.fi. §.j. C, de bonis quæ lib,col.j.& per Abb.& Docto, in ca. ꝙ ſicut.§. ſuper eo. de elect. & vide ad ſupradictam glo.per Bart.in l. cum emancipati. §.emancipatus.ff.de collatio.bono, tex, gl.Bal. & Alex. in l.ſi eum qui. §. iniuriarū. ff. ſi quis caut. & Bar.in l.j.§.hæredem.ff.de priuatis delict. & Bal.in l.j.col.x. C.ſi ex delic.defunc,& quando actio deſcēdens ex delicto trāſeat ad hære. vide ibi glo. & omnes ſcriben.& Io.Fab.& Ang. Aret.ſingulariter in §.penult. inſtit.de perpe. & tempo.actio.& Bart.& Imol.in l.ex iudiciorum.§.j. ff. de accuſa. vnum tamen nota in materia iniuriarum , ad quod in practica non aduertitur, quòd ſi ille cui eſt illata iniuria malefactorem accuſat, vel iudicem inſtigat,vel ſolicitat: quòd ſi malefactor puniatur ad vindictam publicā, non poteſt poſtea iniuriatus actionem agere iniuriarum pro ſuo intereſſe.text.eſt celebris,& ibi Alexā. in addit.ad Bar.in l.ſed ſi vnus.§.ſed ſi ante iud.ff.de iniur.& Cepola ſingulariter in caute.lix. & facit text.& Alexan.in addit.in l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis.& dixi in §. xvij.glo.j.in vlt.quæſt.de iuriſd.omn.iudic.lib.Conſue.Bitur.

Tu adde ad prin.huius apoſtil. ꝙ verum eſt quòd actio iniuriarum non tranſit ad hæredes aut contra eos:vt per Bal.in l.per diuerſas.q.xvij.C.mand.etiam poſt citationem:vt no.Alexan.& Doct.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.ſecus autem poſt litem conteſta.vt no.Bar.in l.cum emancipati.§.emancipatus.de colla.bono.& in allega.§.qui iniuriarum,& Card.omnino,in clemen.j.§.j. de pœnis.

primo caſu regula non procedit:ſecundo & tertio habet locum ſimpliciter: vt ff.eo.l.priuilegia.& l.in orationi-
11 bus.& diſtinctū eſt plenè ſ.eo.priuilegium. † Item opponitur de act.iniuriarū,quę ſucceſſori etiam vniuerſali
A non datur [a]; vt ff.de iniuriis.l.iniuriarum. ſed dic quòd aut actiones ſunt proditæ ad vindictam, aut ad perſecutionem rei,vel pœnæ.Primò caſu non tranſeunt ad hæredes lite non conteſtata.vt in d.l.iniuriarum. & ad leg. Falc.pœnales.& de coll.bon.l.cùm emancipati.§.eman-
12 cipatus.† Secundò tranſeunt ad hæredes,ſi continent rei perſecutionē.Item contra hæredes.vt ff.de act.& oblig. l.in honorariis. ſed ſi continent perſecutionem pœnæ, idem per omnia quantùm ad heredes actoris,quia tranſeunt ad eos:vt inſtit.de perpet.& tempo,actio.§.ſed hæ-
13 redibus. in hæredibus autem rei diſtinguitur. † Nam ſi pœna debetur ex contractu,tranſit contra hæredes:vt ff. de naut.fœno.l.fi.& de verbo.oblig.l.ad diem. & no.ff. de priuat.delict.l.j. in prin. ſi autem debetur ex delicto: tunc non tranſit contra hæredem,niſi lite cōteſtata cum delinquente: vt ff.de accuſa.l.ex iudiciorum, §.fin,& de regu.iur.l.ſcienti.& l.pœnalia.& C.ex delict.defunct.l.
14 vna. † Quæri autem poſſet an exceptio excommunicationis quæ obſtat actori, poſsit opponi ſingulari ſucceſſori vt donatario vel emptori , & videtur quòd ſic per

O verba

A Non obſtat. Adde an exceptio excommunicationis obſtans cedenti, obſtet ceſſionario. gl. in c. iij. de iure pat. & ibi Io. And. Card. inde q. vij. de excep. tenet quod non. Archi. idem in c. pia. de except. iſto lib. Spec. in tit. de procura. §. ſequitur. vide in verſic. quid ſi excommunicatus. & Ioan. de Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. matrimo. Bart. autem in l. apud Celſum. §. cum legit. ff. de doli except. & in l. doli mali. quæſtio. pe. ff. de po tuat. diſtinguit, & fortè melius vt ex cauſa oneroſa quæ ſuprà ſunt dicta procedant, ex cauſa verò lucratiua ſecus.

B Adde quòd emptori ceſſionario poteſt opponi exceptio compẽſationis, vel alia obijci ſicut poterat venditori & cedenti: vt tenet Cyn. Bal. Ange. & Saly. in lege, eius. C. de compenſationib. & Barto. Bald. & Ang. in l. ſi quis in rẽ. ff. de procur. & Spec. tit. de procu. §. i. & Bart. Mod. in l. doli. ff. de noua. & Alex. in cõſi. liiij. colum. vlt. vol. ij. & Bal. & Salyc. in l. quæ ſtipendia. ff. de procur. & Bar. in l. qui duos. in prin. ff. de lega. ij. & Pau. de Caſt. in conſi. xlvij. col. ij. & deciſ. Cape. Tho. q. xciij. in fi. & deciſ. Par. Delphi. diſt. lvij. & illuſtriſsimus doctor dominus Franc. de Aret. in conſi. xvj. in fi.

verba generalia huius regulæ. & ff. eo. l. qui in ius. & l. in his. §. non debeo. & l. inuitus. §. plerunq;. Econtrà quod non in l. apud Celſum. §. de auctoris. & §. ſi cum legitima. † Mihi autem videtur quòd cùm exceptio excommunicationis perſonæ cohæreat, & non rei, quod aut ſucceſſor habet titulum lucratiuũ vel quaſi, & tunc obſtat: aut habet titulum non lucratiuum nec quaſi, tunc non obſtat [a]. vt d. l. apud Celſum. §. ſi quis autem ex cauſa legati. & in §. de auctoris. & §. ſi cum legitima. A

16 ¶ † Item quæri poteſt, aut exceptio compenſationis quæ obſtat venditori poſsit opponi emptori? quæſtionem hanc mouent Gloſſatores iuris Ciuilis. ff. de procurato. l. ſi quis rem ſuam. ſed non determinant. & ideo prima facie videtur dicendum quòd non poſsit opponi, cùm habeat titulum non lucratiuum: vt d. §. de actoris. & §. ſi cum legitima. Econtrà videtur quòd poſsit opponi: vt ff. de exceptione rei iudic. l. fi. & commu. diuidun. l. in hoc iudicium. §. ſi inter ſocios. & pro ſocio. l. idemq;. §. fi. † Mihi autem videtur quòd poſsit opponi: quia omnis exceptio cohærens rei quæ poterat oponi venditori, poteſt opponi & emptori [b]: vt dicta l. fi. ff. de except. rei vendi. & dicta l. in hoc iudicium. & l. idemq;. quod autem exceptio compenſationis rei cohæreat, ſic oſtenditur. † Iure cauetur quòd exceptiones perſonæ cohærentes non competunt fideiuſſoribus ex perſona rei, ſed cohærentes rei competunt [c]: vt ff. de exceptio. l. exceptiones quæ perſonæ. in princ. §. rei verò. Sed exceptio compenſationis ex perſona rei datur fideiuſſori: vt ff. de compenſat. l. ſi quid. Ergò ſequitur quòd rei cohæreat, & propterea poſsit emptori opponi. Dynum. 17 B 18 C

C Adde glo. & ibi Bar. ſingulariter. & Alexan. in addit. l. vbicunque. ff. de fideiuſ. & Bal. pulchrè in l. iam mandator. C. de non numera. pecu. & Ioan. Fab. & Ange. Aret. in §. fi. inſtit. de except. & Ludo. de Roma. in ſuis ſing. fol. 9. col. j. & Alexan. de Imol. in conſi. lxvj. volu. iij. & Pau. de Caſt. conſi. lxxxvij. volu. j. in antiquis. & quæ

In reg.



not. Bal. in l. j. col. j. verſi. quæro ſi ſuccurritur mulieri. C. ad Velleianum. & Alex. in conſi. liij. in fine. libro ſexto.

A Adde quando quis præſumatur ſciens vel ignorans. Spec. in tit. de compe. iud. aditio. §. j. verſi. ſed nunquid. & Bal. in l. verius. & ibi Flor. de ſancto Pet. ff. de probatio. & Philip. Franc. & Alb. de Roza. hic. & Alex. in conſi. xxxj. Et ignorantia an & quando poſsit quem excuſare, vide Bal. in conſ. ccxliiij. in fi. volu. ij. & quãdo eſt ignorãtia credenda allegãti. Bald. in conſi. cl. incipien. modo reſtat. eo. volu. & Abb. Sicu. in ca. Innotuit. colũ. iiij. de electione. & Arch. in c. propoſuiſti. diſtinctio. xcij. & ignorãtia non eſt vitiũ. l. ſaccus. de lega. iij. Bald. in conſil. ccx. in fine. lib. j. Et an excuſet à delicto, vide Angel. Aret. in §. pœnales. verſi. in ea. glo. inſtit. de actionib. Et nõ excuſat aliquem faciẽtem actum clàm: vt not. Ludouic. de Rom. in ſuis ſingularibus incipient. regul. eſt colũ. iiij. fol. 20. & vide Dyn. & quæ ibi dixi in reg. ignorãtia.

## In reg. Præſumitur. Argumenta.

1 *Tutor præſumitur ignorare ſe tutorem datum eſſe.*
2 *Dominus præſumitur ignoraſſe ſeruũ militiam ſuſcepiſſe.*
3 *Ignorantia Iuris nec præſumitur, nec toleratur.*
4 *Scientia an potius præſumatur quàm ignorantia.*
5 *Scientia rei alienæ præcedens in defuncto præſumitur continuaſſe in hærede.*
6 *Ignorantia iuris quando præſumatur, & quando facti.*

## REGVLA XLVII.

PRAESVMITVR *ignorantia, ubi ſcientia non probatur.*

¶ LICET hæc regula [a] generaliter loquatur, ſtringenda eſt tamẽ ad ignorantiam facti: vt patet per exempla. † Primum enim exemplum poni poteſt in tutore, qui præſumitur ignoraſſe ſe tutorẽ datum: vt l. hoc autem. ff. de admini. tut. Secundum patet: quia præſumitur defunctũ ignoraſſe rem quam legauit eſſe alienam vel obligatam: vt ff. de proba. l. verius. † Item in domino cuius ſeruus militiam ſuſcepit, quia præſumitur ignoraſſe: vt C. qui milit. non poſ. l. ſuper ſeruis. quæ exempla omnia pertinent ad ignorantiam facti. † In iure autem non præſumitur ignorantia, nec etiam toleratur: vt C. de iur. & facti ignor. l. conſtitutiones. & de legib. leges ſacratiſſimæ. & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. diuus. circa prin. & ſ. c. ignorantia. † Sed opponitur & videtur quòd præſumitur ſcientia etiam in facto: quia ſi defunctus ſciuit rem alienam, & hæres præſumitur ſcire rem alienam: vt ff. de diuer. & temp. præſcri. l. cùm hæres. & de publi. l. ſi ego. §. partus. † ſed ibi præceſsit ſcientia rei alienæ in perſona

A
1
2
3
4
5

Adde q̃ voluit allegare Rom. ſing. ſuo dccxvij. incip. regula eſt, quod quacunq; perſona. vide quod notaui in apoſt. ad iſtum in alleg. regu. ignorantia. §. adde Fel. in c. quoniã. col. pen. in prin. ver. quinta concluſio. de conſti. & Bal. in l. j. C. de inter. mat. pro quibus eſt text. in c. cum inhibitio. de clan. deſpon. & vide eundem Felyn. in c. conſuluit. col. vij. verſ. glo. in ver. lucem. vt alleg. gl. in alleg. l. j. de inter. matr.

 defunct

defuncti,quæ cõtinuata videtur in perſona hæredis,cùm perſonam defuncti repræſentet.vt in auth.de iureiuran. à mori præſti.colla.v. ¶Sed contra hoc eſt apertè ſ̄.eo. cùm quis. & ff.eod.l.qui in alterius. Sed dicas quòd aut hæres contendit per allegationẽ ignorantiæ lucrum captare,aut damnũ vitare.Primo caſu præſumitur ſcientia defuncti continuata in perſona hæredis: vt d.l.cùm hæres.& d.§.partus. Secundò non præſumitur: vt ſ̄.eod.c. cùm quis.& ff.eo.l.qui in alterius. ¶† Vltimò diſtingui 6
poſſet,aut allegatur [a] ignorantia facti,aut iuris,ſi facti, A
aut proprij, aut alieni. ſi proprij, aut proximi, aut dudum remoti, ſi alieni,aut extranei,aut defuncti,in cuius locum ſuccedit. Et ſi defuncti; aut certa de damno vitando, aut de lucro captando, aut potuit peritiores conſulere,aut non:vt plenè diſtinxi.ſ̄.eo.c.ignorantia.

## In reg.Locupletari, Argumenta.

1 *Diſiunctiua alterã ſui partem tantùm veram eſſe requirit.*
2 *Locuples offici nemo debet cũ alterius iniuria aut iactura.*
3 *Pupillus recuperans rem ſine tutoris autoritate venditam, non debet pretium lucrari cum iniuria emptoris.*
4 *Aequitas quando rigori ſit præferenda.*
5 *Expenſæ factæ mala fide in re aliena, domino rei cedunt.*
6 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium non opponens,obligatur efficaciter.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quo caſu biennio non excludatur.*

## REGVLA XLVIII.

LOCVPLETARI *non debet aliquis, cum alterius,iniuria uel iactura.*

¶†VERBA iſtius regulæ ponuntur diſiunctiuè, & 1
ideo ſufficit interuenire alterum de diſiunctis, vt impediatur locupletatio,quia natura diſiunctiuę ita ſe habet, quòd non requirit vtrunque,ſed ſufficit alterum:vt ff.de condi.& demon.l.cùm pupillus.§.diſiunctiuè. ſed ff.eo. l.iure naturæ verba ponuntur copulatiuè: & ideo requiritur omnia copulata concurrere, ſeu ſimul vera eſſe. ff.de condit.inſtitut.l.ſi hæredi plures. & de verborum oblig.l.ſi quis ita.†Duo ergo dicit hæc regula.Primum 2
eſt, quòd aliquis non debet locupletari cum alterius iniuria. Secundum eſt,quòd aliquis non debet locupletari cum alterius iactura, ſiue damno. exempla verò huius regulæ

A Adde Bart. in l.ſi quis delegauerit. §. fi.ff. de noua. & in l. non fatetur, ff. de confeſ. & in l. Celſus. ff. de vſuca. & Ange. Aretin. & Iaſ. May.I §.ſi quis. col.ij.& inſtitu. de actio.vbi expreſsè tenent q̄ in ꝑprio facto eſt tolerabilis ignorãtia,ſi ſit factũ multũ de lõginquo:quòd intellige verum ſecundum Iaſ. vbi ſ̄.quãdo tractatur de dãno vitando; quia tunc ex longinquitate tẽporis bene præſumitur ignorantia in facto ꝑprio, ſecus quãdo tractatur de lucro. iſtud eſt ſingulare qđ voluit Bar.in l.qui fundus.§.ſeruꝰ me. per illũ text.ff. pro empt.quod cõmẽdat. Ang. & Iaſ. vbi §.& limita alio modo per Iaſ. & ibi adde Abb.in c.ab excommunicato. colũ.vj. de reſcript. & Alexã.in conſi. cxxxiiij.colum. pen.verſi.quòd hæc opin.Saly. lib.j. & Lud.de



Rom.in conſi.cccclxxxj.& in conſi.cclxxiij.& Alexã.in conſi.lxix.colum.iiij.circa fin.& in conſi.clxviij.in princip.lib.v.& Dyn.& quæ ibi dixi in regula,ignorantia.ſ̄.eod.& Cepol.conſi.xxvj.colum.vj.

regulæ plana ſunt.ſi enim presbyter vel aliquis clericus moritur inteſtatus, bona eiuſdem pertinẽt ad eccleſiam:
A exceptis rebus quæ cenſibus [a] vel iuripatronatus, vel alij iuri erant adſcriptæ.in illis enim non ſuccedit eccleſia: quia locupletaretur cum alterius iniuria, quod eſſe non
3 debet:vt C.de epiſco.& cleric.l.ſi quis presbyter.† Item in pupillo qui vendit rem ſuam ſine tutoris autoritate,& pretium recepit:nam ſi recuperat rem, non debet lucrari pretium cum iniuria emptoris.& ideo quatenus locupletior apparet, reſtituere tenetur:vt C.de vſuc.pro emptore.lege vltima.& idem dici poteſt in eccleſia quæ tenetur reſtitutionem pretij quatenus locupletior apparet facta, cùm eccleſia pupillo aſsimiletur:vt C.de epiſcopis & clericis.l.orphanotrophos. Et ad prædictorum confirmationem accedunt ff.de inſtitut.l.ſi quis mancipiis.§. Proculus.& de condictioni.indebit.l.naturaliter.in fine. & l.nam hoc natura.cum multis ſimilibus. ¶Sed contra regulam videtur id quod de vſucap.& præſcriptione tra-
4 ctatur iure canonico & ciuili.† Cùm enim hæc æquitas

A Adde quis ſuccedat clerico,& in quibus ſuccedat eccleſi.& Bald.& Saly.& ſequa.in l.ſi quis presbyter.hîc ali.& Inno.& Abb.in c.cùm in officijs.& c.requiſiſti. & cap.cùm eſſes. de teſtament.cum ſim. Sed quæro incidenter,an eccleſia & clerici teneãtur pro poſſeſsionibus ſoluere collectas, tributa, & alia onera quæ laici ſoluũt?Bar.ſingulariter,& ibi pulchrè Alexã. in addit.in l.reſcriptio.§.ſciendum.ff.de mune. & hono. & Barto.in conſi. clxxx. incip. ſi aliqua.& Bald. in l.i.§.fina.ff. quod cuiuſque vniuerſi. nom. & in conſilio clxviij.incip.præmiſſo ſtatuto.volu.j.& Angel.de Peruſ.in conſil.xxiiij.incip.eccl. & in conſi.ccvj.incip.inter ordinamenta.& Barto.Bald.& Iaſ.de May.in l.placet. & in authent.nulla communitas.& l.de his.C.de epiſco.& cler.& Io.de Plat.in l.ſi diuina domus.C.de exact.tribu.lib.x.& Innocent.& Abb.Sicul.in c.non minus de immunit.eccle.& Abb.in cõſi.vj.vol.ij.& amplè in conſi.iij.& in conſi.vj.volum.j. & Alber.de Roza.in rubr.de ſacroſanct.eccle.& dominum Petrum de Antholi.in tract.ſuo nu.3.in ij.parte.verſicu.interdum quis excuſatur à muneribus.& deci. Parla.Delphi.q.lxxix.& in q.ccclxxxj.& ibi in addit.& in qõ.cccclxxxij.& ſeq.& in addit.& Gaſpar.Cal.in conſi.xij.tit.de Conſtit.Hoſt.in ſumma,de immu.eccle, §.quibus.& Ioan.Fabr.in l.placet.C.de ſacroſanct.eccleſi.

Adde in quantum hîc quærit an clericus teneatur ſoluere collectã.Bal.l.ſi placet.num.4.& quod ibi poſui in addit.ad ipſum in verſi.gabellis.C.de ſacroſanct. eccle.Bar.conſi.ſuo ccxx.incip.punctus quæſtionis talis eſt.quidam Titius olim de Peruſio.Archid.Gemin.& Philip.Franch.in c.quanquam.de cenſi.ſ̄.iſto lib.Panor. in c.ſi.num.4.vbi notaui in apoſtil.ad ipſum in verſicu.aliquas gabellas.de vita & honeſt.cleric.Aufrer.in repetit.clem.j.in reg.ij.fallen.xxvij.& ibi dixi in apoſt.ad ipſum,in verſi.ſecũdum veriorem opinionem.de offic.ordi.& nota in literis.Spec. in tit.de cler.coniug.verſi.ad huius autem articuli.& Ioan.Per.conſil.ſuo incip.omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio &c.

A Adde aliam ſolutionē, quòd ſi locupletari cū aliena iactura non licet, lex tamē propter bonū publicum ne dominia eſſent in incerto præſcriptionē induxit cōtra vtilitatem priuatā. vt no. Card. alleg. in c. ius generale. j. diſt. Et vide paulū de Caſtro in conſi. cclxxxix. col. j. in antiquis. qui ponit vnum caſum in quo locupletatur quis cum aliena iactura, vt l. fin. ff. de nego. geſt. & ibi gloſſ. & Doctor. Et not. quod ex præcepto, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris. cedit iſta regula, Nemo debet cum aliena iactura locupletari. vt not. Hoſtienſ. in ſum. præludi. §. vnde habuit. Et Cardin. Alexand. in ca. humanum iur. in ij. not. j. diſtinct. & Dyn. in regula, poſſeſſor. in iij. oppo. §. eodem.

& ille regor ſcripti reperiātur, hæc æquitas deberet præferri, & effectus vſucap. & præſcriptionis impediri: vt C. de iudic. l. placuit. ſed ad hoc plene reſponſum [a] eſt s̄. eo. A
c. poſſeſſor. Et ideo reſpōſione vlterius non indiget. † Itē 5
ſolet opponi de expenſis in re aliena mala fide factis, quæ ceduīt lucro domini cū damno impendentis: vt ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam. ij. reſponſ. & de doli exception. l. Paulus. Sed dicendū eſt, quòd ibi non eſt iniuria impendentis, cùm iniuria non fiat volenti. vt s̄. eod. c. ſcienti. & ff. de iniur. l. j. §. vſqueadeò. Item nā damnum quod quis ſua culpa ſentit ſentire non videtur. vt ff. eo. l. damnum. ¶ Præterea ſi damnum eſſet, is qui impedit videtur eſſe in culpa, ſcienter impendendo in rem alienā. vt ff. eo. l. culpa. & s̄. eo. c. non eſt ſine culpa. Et ideo cùm impendentis culpa præponderet, ſequitur quòd eius conditio deterior eſſe debeat. vt ff. ad leg. Aquil. l. Itē ſi obſtetrix. & l. in lege Aquilia. ¶ † Item videtur obſtare regu 6
læ: quia qui non opponit exceptionem non numeratæ B
pecuniæ intra biennium, [b] obligatur cū effectu: vt C. de

17 ſed cōtra prædicta videtur ff.de his quib.vt indig.l.j.† vbi delictū eſt cauſa proxima quaſi pœnæ & præmij:ſed diuerſitas perſonarū & rerū quæ ibi erat, tollit contrariū: nam ibi reſpectu fiſci meretur, & ideo conſequitur præmiū:reſpectu autē patroni delinquit,& ideo patit̃ pœnā.

## In reg.Nullus ex conſilio.Argumenta.

1 *Conſilio dato quando quis teneatur,& quando non.*
2 *Conſilium dans alicui,quando ex eodem obligetur.*
3 *Conſilium præſtans alij ad delinquendum, quando de delicto teneatur.*

## REGVLA LXII

NVLLVS *ex conſilio,dummodo fraudulentum non fuerit,obligatur.*

1 ¶ † SI dedi tibi conſiliū vt pecuniā tuam potiùs in mercimoniū quàm in emptione prædiorum conuerteres, & malè tibi acciderit: quia fortè merces naufragio ſunt ſubmerſæ,& dubitatur an ego tenear:diſtinguitur: quia
2 aut dedi b cōſiliū bona fide,& tunc nō teneor:aut fraudulenter,& tūc teneor.& hoc dicit regula, & cōfirmatur.ff. eo.l.cōſilij.& māda.l.ij.§.vlt.ſed videtur de cōſilio teneri etiā ſi nō fuerit fraudulentū:vt ff.mādati.l.ſi remune-
3 randi.§.ſi tibi.in fi.ſed ille §.debet intelligi † quādo aliàs facturus nō fuerit.quare diſtinguendū videtur: quia aut datur conſiliū contrahēti aut datur conſiliū delinquenti. Si cōtrahenti,aut erat aliàs cōtracturus,aut nō:ſi nō erat

b Adde quādo quis ex cōſi.teneatur. gloſſ.in §.opere.inſtitu. de obl.quæ ex deli.& glo.in l. ij.§.fin.ff.mand. & Bart.in l.non ſolum.§.ſi mandato. colū. iiij. verſ.veniamus, qui tenet opin. Dyn.hîc & etiā Alex.in addi.ff. de iniurijs.& Bald. in l.non ideo minus.C. de accu.& Bar. & Doctor.poſt gloſſ.in l.ſæpe. de verbo.ſigni. & Bald.in l.ob hæc verba.vbi multa ſingula. dicit ff.de his qui not.infa.&

in l.data opera.col.xxiij.C.qui accuſare non poſſunt.& in l.metum.C.quod metus cauſa.& in l.j.col.j.& ij.C.de ſer.fugit.& Cano.plenè præcipuè Felyn.in cap.j.col. iiij.ver.ſecundum membrum.de offic.deleg.& Salyc.& Moder.in l.j.C.de rap.virg. & Doctor.in capit.ſicut dignum.maximè Felyn.colum.iiij.in principio.verſi.not. vbi ponit regulam cum pluribus fallent.& vide Paulum de Leaz.& Card.in cap.j. de pœn.vbi eſt notabilis tex.& Angel. Aret. in §.duplum. colū. ij.& in §.omner autē.& de Iaſ.de May.colum. ij. de act. inſtit.& Angel. Aret.in tractatu ſuo Malefic. in verbo, Sempronīū.in quæſtio.pen.& fin. & ibi in addit. Angel.de Aret. & Bernar.Landr.& vide Ludou.de Rom.in ſuis ſingularibus.fo.21.co.iij. incip.in contra delictis.& Ange. de Perus.in l.j. C.de nili aggerib.& Alber.de Gandi in tract. Malefic.titu. de quibus.quæſt.v.

A Adde an & quando excipiens vel replicans videatur fateri intentionem aduerſarij Lud.de Rom.in l.cùm mulier. col.v.& ibi Bal. in repet.xx.col. & Ioā.de Imol. ff.ſolu.matrim. & Bal.in l.alia. C.de his quib. vt indign.per

contracturus,tenetur is qui conſiliū dedit:vt l.ſi remunerandi.§.ſi tibi.ſed ſi erat aliàs cōtracturus, tunc locū habet diſtinctio regulæ:quia ſi interuenit fraus in cōſulente,tenetur vt hic.& ff.eod.l.conſilij.& de dolo.l.quod ſi cùm ſcires.& de furtis.l.falſus.§.ſi quis nihil.& mand.l. ij.§.tua.¶†Sed ſi datur conſiliū delinquenti, variæ ſunt 3
opiniones: mihi autē videtur q aut is cui conſiliū datur non erat aliàs facturus,aut erat aliàs facturus:ſi non erat aliàs facturus, ſimpliciter tenetur qui conſilium dedit:vt ff.de iniur.l.non ſolū.§.ſi mandato.& §.Proculus.& §. Atilicinus.Sed ſi erat aliàs facturus:aut præbuit conſiliū & non opem,aut opem & non conſiliū,aut conſilium & opem:ſi conſiliū tantū,tenetur,quia nō oportet laudando malitiā augeri:vt ff.de ſeruo corrup.l.j.§.perſuadere. & C.de fur.l.ſi quis ſeruo.ſi opē tantùm ſine cōſilio principali & ſecūdario, non tenetur.vt ff.de fur.l.ſi pignore. §.qui ferramēta.ſi conſiliū & opem,non eſt dubiū quòd tenetur.ff.de verb.ſig.l.ſæpe.§.item dubitatum eſt.& inſtit.de oblig.quæ ex delicto naſcuntur.§.ope.Dyn.

## In reg.Exceptionem.Argumenta.

1 *Excipiens quando præſumatur confiteri.& nu.3.*
2 *Exceptionem iuris proponens, an cenſeatur tacitè confiteri. & nu.4.& 5.*

## REGVLA LXIII.

EXCEPTIONEM *obijciens, non uidetur de intentione aduerſarij confiteri.*

¶†SI opponat cōuentus exceptionē facti ſiue intentio- 1
nis,vt quia negat ſe debere,certū eſt q nō videtur cōfiteri de intentione actoris:quia cōfeſſio & negatio directè contraria ſunt.& ideo ad poſitionem vnius non ſequitur poſitio alterius, ſed remotio.ff.de verb.ſig.l.hæc verba. & de inſtitut.l.ſed & ſi.§.inſtitorem.in authen.de mand. princi.§.neq; autem.a ſed ſi opponat exceptionē iuris,vt A
pacti de nō petendo rei iudicatæ,iuriſiurādi, præſcriptionis,& ſimiliū,† an videtur tacitè confiteri de intentione 2
actoris, ita q actor releuetur ab onere probandi intentionem,



Alexand.plenè in l.decem.col.vij.ff.de verbo.oblig.& Felyn.in c.cum venerabilis. colū.iiij.verſi.an & quando.de excep.vbi ponit regulam quòd non fatetur,& ſex caſus exceptos à regula prædicta,& vide ſingular.Ang.Aret.in rub.inſtitu.de excep.col.xx.Et an dicens ſe abſolutum videatur fateri excōmunicatum,vide Abb. Sic.in c.venerabilem.col.penul.& ſic adde an confeſſio poſſit pro parte acceptari,& pro parte non.Barto.in l.ſi quidem.C.de except.& Bald. in l.age cū Gemiriano. C. de tranſact.Alber. de Reza.in Dictio.in litera, exceptione vtēdo. & Cep. in cau.lxxxix. vbi etiam ponit de iuramento delate reo, an ſit indiuiſibile vel non.de quo vide ſingulariter Sign.de Homedeis. & Fulg.in quodam eorū conſilio poſito in fine tractatus Maleficiorū domini Bonifacij de Vitalinis, quod incipit, ſuppoſito ſtatuto ciuitatis Mediolani,quod poſui in ſi.lib.Cōſuet.B turig.& adde ibi.& vide glo. ſuper verbo,malignantium.in c.cupientes.& ibi do.de S.Gemi.de elect.li.vi.& vide Barto.in l.non vtique.& ibi Alexand.in addi.ff.de excep.& Cyn.Bald.& Saly.in d.l.ſi quidem.& Cyn.& Docto.in l.ij.C.de don.inter vir.& vxor.& Bar.ſingulariter in l.Aurelius.§.idem quæſijt ff.de liber.leg.& Bald.in l.vna.C.de confeſ.& Dy. in regula,nullus.verſi.vnde mihi videtur.& Ludo.Bolo.in l.ſi te.C.de inge.man.in primis interpre.& Alex.in conſi.ij.colū.pen.in ſi.vol.iiij.& Felyn.& ibi Phil.Simo. in addi.in c.examinata.de iudi.col.ij.

Adde Lanfranc.in cap.quoniam contra.6.confeſſiones.num.12.addi.in verſicu, acceptura.Panor.plenè in cap.bonæ memoriæ.Ioan.ij.in verſi.confeſſio.num.79. de poſtul.prælat.in cap.cùm venerabilis.nume.j.in verſic.videtur.& Phil.Franc. de excep.in ver.actoris intentionem.dixi in apoſt.in Stylo Parla.parte j.titu.de excep.verſi.item ſi quis.

A Adde quando excipienti incumbit onus probandi Bar.& ibi Alex.in addit.in l. j.ver.item oppo.ff.de excep.& Bal.in l.ſi ex cautione.col.j.C.de non numer.pecu. Bar.Imol.& Moder.poſt Dyn.in l.in illa.ff.de verbo.obligat.

tionem,& reus afficiatur onere probandi exceptionem? dubitatur, & primò videtur q non,quia verba ſimpliciter prolata referri debent ad propriam ſignificationem, & non abuſiuam:vt ff.de lega.iij.l.non aliter.§.Titius.& de verb.ſigni.l.nepos.ſed exceptiones iuris, ſunt propriè exceptiones, quia excludunt actionem competentem: facti verò abuſiuè,quia nō excludunt actionē quum nulla ſit.vt ff.de excep.l.ij.& ibi no.Itē quia indefinita æquipollet vniuerſali,vt hic.& ff.de excep.l.non vtiq;.loquitur indefinitè:ergo videtur omnem ſpeciem exceptionis
3 comprehendere. Mihi autem videtur † quòd aut excipiendo aliquid ſimpliciter negat:aut excipiendo,aliquid ponit.ſi negat, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis.verum eſt quòd non videtur confiteri de intentione actoris,vt hic.& ff.de excep.l.non vti-
4 que.† ſed ſi excipiendo ponit,aut ſimpliciter, aut ſub conditione: ſi ſimpliciter, vt quia dicit ſibi pactum factum de non petendo,ſoluiſſe,vel abſolutum eſſe.tunc de ſola exceptione tractandum eſt,abſq; eo quòd actor intentio
A nem probauerit.a † ſed ſi negat, & ſub conditione po-
5 nit, quia dicit ſe non teneri: & ſi apparebit eum teneri, dicit ſibi factum pactū de non petendo: tunc non vi-

a Adde Barto.in l.cûm hi.§.eam tranſactionem,& ibi Bal.poſt glo.ff.de tranſact. & glo.Bar.& Alex.in addit.in l.obſer.C.de prædijs minor.& Bart.in l.cûm lex.& ibi Alexand.in addit.ff.de fideiuſſor.

b Adde ad dicta hîc per Dyn.Cy.Barto.colum.ij.Bald.col.v.& Salyc.in l.non dubium.C.de legi.& aliquid per Felyn.in c.ij.in j.notab.de teſtibus.& Abb.in c.quod ad conſulationē.in ij.notab. de re iud.& per Petrum de Anchara.in c.j. de conſtit.& Bart. in d.l.cûm lex. ff.de fideiuſ.& in l.ſi is qui col. xvij.ff.de vſucap.& Cy.in l.j. C.de hære.act. & pulchrè Henric.Boich.in ca. ex literis. de ſpōſal.ſed quod Dyn.hîc omiſit vnum, ſcilicet quando lex imponit pœnam, an ſtatim annullet & infringat actum, vt dicit Barto.in l.j.ff. de his quæ pro nō ſcripto. quod latiùs examinat. & ibi Moder.in l.prætor.§.j.ff.de noui oper.nuntia. & vide quæ dixi in lib.Conſuet.Biturigum de matrim.§.j. colum.iij.

detur cōfiteri de intētiōe actoris:& ideo nō afficit̃ onere probãdi exceptionē,niſi actor probauerit intētionē ſuã & hæc probãtur C.de excep.l.ſiquidem.ij.& iij.reſpōſis.

## In reg. Quæ contra ius. Argumenta.

1 *Alienatio bonorum pupilli contra formam iuris facta, eſt ipſo iure nulla.*
2 *Crimina non ſunt pro infectis habenda, licet contra iuris formam ſint facta.*
3 *Facta contra ius non valere, in quibus verum ſit. & nu. ſeq.*
5 *Effectus qui retractari nequeant.*
6 *Relegato an licitè bona adimantur.*
7 *Factum illicitè quando teneat.*
8 *Clauſula ſpecialis quando præferatur generali.*

## REGVLA LXIIII.

QVAE *contra ius fiunt, debent utique pro infectis haberi.*

¶ † SI res eccleſiæ vel pupilli alienant̃ cōtra iuris formã 1
pro nō facto [a] habet̃:cùm ipſo iure nō teneat,eo ipſo:ꝙ A
facta fuit cōtra iuris prohibitionē:vt s̃.de reb.eccl.nō alienan.c.ij.lib.vj.& C.de ſacroſanct.eccl.l.iubemus.& de adminiſ.tut.l.lex quæ tutores.& de prædiis minor.l.j.Et ideo ex tali alienatiōe nec trãſfert̃ dominũ, nec paratur præſcribēdi titulus:vt C.de prædiis min.l.ſi prædiũ.& de auth.præſt.l.eũ qui.& de vſuc.pro emp.l.ſi.& præalleg.c. ij.lib.vj.¶Sed contra regulã videtur obſtare,†quia certũ 2
eſt ꝙ furta, homicidia, adulteria, & crimina ſeu delicta contra leges cōmittuntur:vt ff.de iniur.l.j.in princ.& tamen nō habentur pro infectis.nã ſi haberentur pro infectis,nulla pœna pro his imponeretur.Itē impoſsibile eſt illud quod eſt factũ,non eſſe factũ:vt ff.de ca.& poſtlim. re.l.in bello.§.factæ.Dicũt Gloſſatores Iuris Ciuilis † ꝙ 3
regula locũ habet tantùm in his quæ de iure ſortiuntur effectum.ꝙ videtur nimis pueriliter dictum:imò de his quæ de iure impediũtur ſortiri effectũ,quia ſunt contra prohibitionē iuris.Sed propter reuerentiã dicentiũ [b] ſuſtineri poſſet ꝙ hæc regula loquitur de his quæ de iure B
ſortiuntur



a Adde Bar.& Bal.in d.l.non dubium.& ibi Alex.in addi. & Bal.& Bart.Bald.& Salic.in l.cum iudex.C.de ſenten.& interlo.om.iud.& Ang.Aret.in d.§. biduum.& Abb.& Fely.in l.quod ad conſultationem.in prin.de iud.& Alexan.conſi.lxxxiij.in vlt.col.per totum.vol.iij.& adde quòd ſententia interlocutoria,ſiue diffinitiua lata expreſsè contra regulam iuris communis, eſt nulla:licet reperiantur aliqui caſus excepti, in quibus ſaluari poſſet illa ſententia, ex quo illi caſus ſpeciales non ſunt expreſsi in ſententia. vnde ſi iudex interloquitur ſeruum torquendum eſſe contra dominũ ſuum, hæc ſententia eſt nulla. vt eſt gl.in l.ij. ff. de appel. recip. Similiter ſi pronuntiauit iudex filiusfamil. aut minorem xiiij.ann.potuiſſe teſtari: & ideo valere teſtamentum,ſententia eſt nulla. tex. & ibi Cyn. Bart.Bald.& Salicet. in l. ij. C. quando appel. non ſit,licet poſſit ſaluari in peculio Caſtrenſi, vel quaſi. Similiter videmus in citatione facta vt quis compareat die feriato, eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpecialis,quòd tempore illo poſsit procedi.vt not. Innoc.in cap. præterea.de dilation.& Bartol. in l.ij.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.& Matth.de Matth.in ſuis notab. colũ.iiij. & quando nulla ſit ſententia: & caſus in quibus lata contra ius non eſt in ipſo iure nulla, vide plenè Felyn.in cap.per tuas.columna iij.de accuſ.& pulchrè.in cap.j.in prin.de re iud.vbi ponit vij.ampliationes & duodecim limitationes.

ſortiuntur effectũ,id eſt quæ ſunt aliàs de iure permiſſa, vt pacta, vel ſimilia:ſed quando non fiunt ſecundum iuris formã, intelliguntur prohibita : & propter hoc non
4 ſortiuntur effectum de iure.†Clarius autē dici poteſt ꝙ regula loquitur in his quæ ſunt de iure prohibita : ſicut euidenter verba oſtēdunt hic. & C.de legi.l. non dubiũ. tamē in his quæ de iure ſunt prohibita quædã reperiuntur quorũ effectus poteſt retractari,id eſt ad primũ ſtatũ reduci.&executio impediri:prout donationes,venditiones,& cæteri contractus,teſtamenta, & ſimilia , & in his
5 propriè procedit effectus regulæ. † Quædã ſunt quorũ effectus non poteſt retractari,id eſt ad primũ ſtatum reduci:vt homicidiũ,& ſimilia. homo enim mortuus reduci non põt ad vitã,niſi virtute ſolius Dei ad illa non extenditur effectus regulæ. Item opp.iure cauetur ꝙ ſen-
A tentia [a] ſub cōditione fieri non debet:& tamen ſi ferat̃,
6 lata tenet:vt ff.quãdo app.ſit.l.j.§.biduũ. ¶ † Itē relegato ad tēpus non debent adimi bona:& tamen ſi adimantur,tenet adēptio.vt ff.de interdic.& releg.l.relegatorũ. §.ad tempus.ergo ea quæ fiunt contra ius,non habentur pro infectis.Eſt tamen dicendum,ꝙ vbi ſimpliciter prohibent iura,& non vltra progrediũtur:vel progrediũtur annullando factũ , contra prohibitionē iuris non valet, & pro infecto habetur.vt in l.non dubiũ.C.de legi.ff.de te.l.mutuo.§.ſub cōditione.& de teſt.tute.l.certarum. & l.ſeq.& in his duobus caſibus propriè loquitur & in-
7 telligitur regula, †ſed vbi vltrà progrediatur, & tractat̃ qualiter annullatur, dãdo actionē vel exceptionē,vt pa-

Adde , inquantum loquitur , de citatione facta ad diem feriatam,&c.& alleg. Matthe.ill. colum.iij.voluit eum allegare ſing.viij.incip.nota differentiam.de quo vide Card.in clemen.j.in iij.opp.de for.compet.Lanfranc.de Oria.in cap.quoniam

contra falſam.§.citationes. in fin. & ibi poſui in apoſtil.ad eum in ver.die feriata.de proba. Felyn.in cap. quo ad conſultationem. colum. ij. ver. obſtat text. de re iud. dixi in apoſtil. ad Guil. de Cug.in l.dies feſtos. num.j. ver.j. dico q, non. C.de feriis.& in additionibus.ad Bald. ibi num.ij. verſicu.quærit hic Cy.in verſic. an teneatur comparere.& quando quæritur an ſententia contra ius lata, &c.ii. de omnino Bartho. Soci.in ſuo tract. fallent. regul. colu.ij. & Pet.Phiph. Cornel.conſilio lij. incip. per deciſionem. in litera m,conſ.lxxj. incip. ſcilicet per m, litera e, vol.j.

Adde, not. commodũ poſſeſſionis.& alia collige per Dy. hic. & Bartol. in l. ſi inter. ff. de reb. dub. & Bald. in l. ſiue autem.§. ſi duobus.ff. de publi. in l.ordinari.& l. quoties. ibi Iaſ. de May. & in repetitione. C.de rei vendi. & Felyn.in cap. ex literis. colũ. j.de probat.

a Adde Bartholom. Socin. de Senis.in l j. colum. iij. ver. & hoc vltimũ. aliàs inducebã, &c.ff.ſolut.matri. & Dyn. & quæ dico in prima addit.in regul.qui prior.ſ. eod. & gloſſ. in §. quod ad pacific. poſſeſ. in verbo,nominatorum.in Pragmat.Sanct.Felyn.pulchrè.in c. capitulum.col.x.verſ. de duabus collationibus.de reſcriptis.

tet in his quæ dolo,vel metu fiunt, quod fieri nõ debuit factũ tenet.ſed tenere non videtur conſiderato effectu: quia nihil intereſt vtrum quis actionem non habeat an habeat eam quæ poſsit per exceptionẽ excludi: vt ff.eo. l.nihil intereſt. Item cùm vltrà progreditur confirmando factũ illicitè,quod fieri nõ debet,factũ tenet:vt in l. non dubium.& §.ad tempus.& ff.quando appel.ſit.l.j.§. biduũ.& ff.de feriis.l.j.§.j. †Ratio prædictorũ eſt:qa cũ 2 lex vltrà pgreditur.ſtatur clauſulæ ſpeciali,relicta gñali vt ff.de ver.obli.l.doli clauſula.& de pœnis.l.ſanctio legum.& de alimen.l.alimenta.§.pen.& l.Stichus.Dyn.

## In reg.In pari cauſa.Argumenta.

1 *Poſsidentis conditio melior eſt in cauſa pari.& nu.ſeq.*
3 *Poſsidens quando præferatur non poſsidenti.*
4 *Doloſus nihil doloſo.*
5 *Accuſator quando ſit melioris conditionis quàm accuſatus.& nu ſeq.*
7 *Compenſatio,quando in delictis locum habeat.*
8 *Culpa quando,& cui culpæ præponderet.*

### REGVLA LXV.

IN PARI *cauſa uel delicto, melior eſt conditio poſsidentis.*

¶ †IN delicto pari eſt exemplum.ff.de verb.oblig.l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.vbi debitor fuit in culpa leui, & creditor in culpa leui. & ideo melior eſt conditio poſsidentis debitoris.quã creditoris agentis. Item ſunt exempla.ff. de dolo.l.ſi duo.& ff.de contrahend.emptio.l. domum. †Item in pari cauſa,abſque delicto, melior eſt conditio 2 poſsidentis. a nam ſi duo emerunt eandẽ rem à diuerſis A non dominus:melior eſt conditio poſsidentis.vt ff.de publi.l.ſiue autem.§.ſi duobus. †Item ſi duobus obligatur, 3 eadem res.& ignoratur cui prius,melior eſt cõditio poſſidentis.ff.de pign.l.ſi debitor.Item ſi duobus eſt conceſſum beneficiũ eadem die: vni à ſede Apoſtolica,vel eius legato: alteri ab ordinario loci,melior eſt conditio poſſidẽtis. b vt ſ.de præbẽ.c.ſi à ſede.lib.vj.Et circa materiã huius



A Adde,quando crimen deductum per viam exceptionis,ſit punibile.Bart.in l.ij. §.ſi publico.ff.de adulter.& ibi Alex.in addi.& Cyn.& Salic.in l.ſi magnum.C.qui accuſ.non poſſ.& Bal.in l.ſi.C.de fide inſtr.& Abb.& Fely.cap.ij.col.ij.circa fi. ver. collige octo excepr. vbi ponit octo notabiles concluſiones. & Ludo.Bolog.in d.l.ij.§.ſi publico. imprimis interpret.

Adde iſtum, in l. ij. & quod ibi poſui in apoſtil. ad eum. in ver. ſine aliqua excep.ff. de excep. Flor. in l. notandũ. ff. ad l.Aquil. Bald.in additiõe ad Specu. in tit. de inſtru. edi. ver. p exceptionẽ falſi. Aret.plene in ſuo tract.Maleſi.in ver.ad querelam. colum.j. dixi in apoſtil. ad Panor.in ca. cũ dilectus. nu. xxviij. in verb. non puniẽdum. de ord.cogni.& Oldr.conſi.lxxviij.vbi penit multa iura.

huius regulæ multa reperiuntur contraria: ideo ad omnium ſolutionẽ diſtinguendum videtur hoc ordine:quia aut pro puniẽdo dolũ vel culpã agitur criminaliter, vel ciuiliter:& ſi criminaliter,aut eſt idẽ delictum accuſato-4 ris.& accuſati,aut diuerſum.†Si idẽ,repellitur accuſator, quia nil doloſus doloſo. C.de libera. cau.l.filium.& C. de reſti.l.quoniam.& de hæret.l.quoniam.ver. inter ſe. Si diuerſum, aut opponitur in modum accuſationis, aut A in modum exceptionis:ſi in modum exceptionis: a tunc auditur opponẽs antequã nomẽ eius inter eos fuerit receptũ:poſtea verò non auditur,etiã ſi maius crimẽ opponat:vt ff.de adult.l.ij.§.qui hoc dicit.& §.ſi publico.& §. 5 extraneus.& l.maritus.§.præſcriptiones. †Si in modum accuſationis:aut de pari,aut minori,vel maiori.Si de maiori,auditur antequã nomẽ ſuum ſit ſcriptũ inter reos: b vt C.qui accuſ.non poſ.l.j.poſtea verò nullo modo audi tur:etiam de maiori.ff.de public.iudi.l.is qui reus.& ibi 6 not.†Si de pari vel minori,non auditur:niſi ſuã vel ſuorum iniuriarũ proſequatur:vt C.qui accuſ.nõ poſ.l.neg ãda. Si ciuiliter:aut vterq; eſt in dolo, aut vterq; eſt in pari culpa:& tũc hincinde cõpenſantur,ſiue circa idem, ſiue circa diuerſa reperiatur dolus, ſiue culpa: vt ff.ſol. c matr.l.viro. c & l.cũ mulier.& de dolo.l. ſi duo.& de eo per quẽ factũ eſt.l.ſi.§.ſed & ſi ſtipulator. & de contrah.

a Adde,quando dicatur nomen fuiſſe inter reos receptum. gl.in §. præſcriptiones.& Bart.in l.adulterij.C.de adulter.Bal.& Salic. in l.neganda. C.qui accuſ.non poſ.& Imol.Alex.in l.cum mulier. col.j.ff.ſol.matr. & gloſſ.Bar.& Ioan.de Imol. & Alex.in addi.ad Bar.in l.is qui.col.iij.de pub.iudi.& Bal.l.j.col.xvij.C.qui accuſ. non poſſunt.

c Adde,ibi Cyn.Bald.Bartol.& Lud.de Rom.in l.cum mulier.& ſingulariter Alexand.ff.ſoluto matr.& Inno.& Abb.in cap.intelleximus.colum.vltim.de adulter. quando paria delicta mutua compenſatione tolluntur. & per gloſſ.Abb.& Felyn. in cap.dilecti.colum.ij.de excep.& Ange.Aret.ſing.inſtit.de except.in princip.col. xiiij.verſic eſt nunc hic omnino videndum.& Ioan.de Imol.in d.l. cum mulier.& Spec.tit.de excep.§.ſi.& quæ dixi in quodam conſ.j.in ordine poſt tract. Conſuet. Biturigum poſito,col.vij.Et an accuſatus poſsit ſuum accuſatorem recuſare,vide emp.

emp.l.domum. & ne quid in loco publ.l.ij.§. idem ait. & quod vi aut clàm.l.ſi alius.§.belliſsimè.& l.vlt.§.ſi ad ianuam. & de doli excep.l. apud Celſum.§. Marcellus.
†aut vnus in dolo & alius in culpa: & tunc ſi circa idem, 7
non fit compenſatio:quia dolus præponderat culpæ. a vt A
ff.ad legem Aquil.l.fin.& l.qui foueas.§.hæc autē actio. & l.ſi putator.ſi circa diuerſa,fit compenſatio cùm teneatur vterque ad quātitatem: vt ff.de compenſa.l.ſi ambo. & ibi no.† ſi vnus in lata culpa,alius in leui,præpōderat 8
lata:quia æquiparatur dolo.vt ff.depoſi.l. quod Nerua. & ſi menſor fal.mē.dixe.l.j.§.lata culpa.& ſi qui teſta.lib. eſſe iuſ.fue.l.j.§.non autē.ſi alius in leui,alius in leuiſsima,præpōderat leuis circa idem, ſicut dictum eſt s̄.in caſu ſimili.ſecus circa diuerſa, cùm ſint inuicem debitores in quantitate: vt ff.eo.l.cùm per delictū. Item ſi vnus in leui in faciendo,alter in negligendo,præponderat leuis in faciendo:& ideo non compenſatur,nec eſt melior cōditio poſsidentis.vt plenè no.ff.ſol.matr.l.ſi mora Dyn.

## In reg.Cum non ſtat.Argumenta.

1 *Conditio pro impleta habetur,ſi per eum impediatur,cui impleri debet. & nu.ſeq.*
2 *Conditio quando pro impleta habeatur. & nu ſeq.*

### REGVLA LXVI.

CVM *non ſtat per eum ad quem pertinet,quominus conditio impleatur,haberi debet ac ſi impleta fuiſſet.*

¶HAEC regula debet per omnia intelligi , & exponi ſicut intelligitur & exponitur.ff.eo. l.in iure ciuili.& de verb.oblig.l.in executione.§.fin.vt ecce,ſi teſtator legat mihi fundum ſub conditione , ſi decem dedero hæredi, & per hæredem ſtat quominus recipiat conditio pro impleta debet haberi : vt C.de condi.inſer.l.fin.†& de ſta- 1
tulib.l.iij.in princip.& §.fi. Item ſi teſtator inſtituat me hæredem ſub conditione,ſi decem Titio dedero,qui Titius erat futurus hæres ab inteſtato. Nam ſi per Titium ſtat quominus recipiat, habetur conditio pro impleta:vt ff.de cōdi.inſti.l.ſi ita hæres.Item ſi ſtipulor à te decem, ſi aſcendero Capitolium, & per te ſtat quominus aſcendam,habetur conditio pro impleta.vt d.l.in executione. §.fi.& l.in iure ciuili.¶†Sed opponitur,& videtur quòd 2
condi-

ibi per Doct.& amplè Barto.& Imol.in l.is qui. ff.de pub.iud.& Cyn.Bal.& Salice.in d.l.j.& l. neganda. C.qui accuſ.non poſ. Adde ad prin. huius apoſtil. quando quærit, an & quādo paria delicta mutua compenſatione , &c. vide multùm amplè Panor.in ca.intelleximus. nu. v. & quod ibi poſui in apoſtil. ad eum,in verſ. ſi agitur ad priuatam vtilitatē. vbi diſting. poſt Innoc. ibi col. j.in glo.ſua in verſic.paria. de adulr.& dixi poſt eūdem Panor.in c.j. nu.j. in verſ. mutua compēſatione . de iniur. & not. Bartho. Socyn. in ſuo tract.fal. regu. lxxxvi.& Signorel.de Homi. conſilio.l.& conſi.lxx.

A Adde,quando dolus præponderet culpæ , Doct. s̄. in pceden apoſtil. allegatos. & Alex. cōſ. lxxvij. colum.ij. in fin. & ſequent. libro iij.



conditio non habeatur pro impleta: licet is qui implere debuerit impediatur implere. vt ff.de cond.& demon.l. quibus diebus.in princ. ſed multum refert vtrum impediatur per eum cuius intererat non impleri:vt quia futurus erat obligatus cōditione impleta , vel erat amiſſurus rem ſuam, vel hæreditatē non habiturus,q̄ aliàs habuiſſet conditione non impleta , & tunc locum habet regula a cum iuribus ſupradictis:ſed ſi per eum, cuius nō intererat,non impleri,non habetur pro impleta. vt l.contraria.& C.de cond.inſer.l.ſi.ff.ad leg.Aquil.l.inde Nera
3 tius.§.idem Iulianus. ¶ †Sed opp.& videtur q̄ licet ſtet per eum cuius intererat , non impleri , non habetur pro impleta: quia ſi teſtator legat decem liberto ſuo ſub conditione,ſi cum filio ſteterit,& filius moriatur : & ſic per eum ſeu per caſum in perſonam eius contingentem ſtat quominus conditio non impleatur,relictū non debetur: vt ff.de ann.leg.l.Seio.in princ.& de cond.& demon. l.il
4 lis libertis. ſed dicēdū eſt multum referre † vtrū ſtet per eum,id eſt per factum eius, ſiue per impedimentum ab eo præſtitum:& tūc ſimpliciter verum eſt: quia habetur conditio pro impleta.& ita loquitur regula,& de leg.iij. l.qui concubinā.§.vxori.& de adi.leg.l.Mæuia.in princ.
5 & d.l.in iure ciuili.& C.de cond.inſer.l.fi. † Aut ſtet per eum,vel per caſum in perſonam eius contingentem : & tunc locū habet quod dicitur in lege contraria:quia tunc diſtinguitur. nā aut tunc erat relictum contemplatione eius in cuius perſona erat conditio implenda:aut fauore eius cui relinquitur,aut dubitatur. Primo caſu relictum non debetur poſt caſum in perſonam eius contingentē: vt d.l.Seio.in prin.& de cond.& demon.l.illis libertis.in fi.Secundo caſu debetur,de ann.leg.l.annua.in prin.Tertio caſu relictum debet, quaſi in dubio interpretandum ſit legatarij contemplatione potius relictum, ſi ex veritate vel coniecturis aliud non appareat,& ideo legatum debetur.ff.de an.leg.l.Gaio.§.Imperator.& C.de lega.l.
6 j.& d.l.illis libertis.in fi.¶†Itē op.& videtur q̄ hæc regula ſit ſuperflua,cùm idē contineat.s̄.e.c.imputari.& ideo non ponenda.C.de no.Cod.cōpo.l.j.§.quibus. ff.vt leg. no.ca.l.hęc ſtipulatio.§.diuus.Sed dicendū eſt ſine dubio q̄ hæc regula & illa loquūtur in cōditione poteſtatiua: ſed illa loquitur propriè quando impeditur per caſum conditionem impleri:hic autem loquitur quando impeditur

A Adde quòd quādo per eum qui ex euentu conditionis læditur ſit quo minus cōditio impleatur, conditio habetur pro impleta. ſequitur Bart. in ſua diſputatione incip.Peruſiæ ciuitatis. & vide Barto. in conſi. cxxxiij. & quæ dixi s̄. in regula,imputari. in ſecunda addi.& Barto.Imol.Alex. & Bartholom. Socin. de Senis in l. in teſtamento.in ij. ff.de cōd. & demōſt.& Ang.in l.j.C.de inſti.& ſubſti.& Barth. Soci.de Senis in l.iure ciuili.& l. quibus diebus. in princip. ff.de cond.& demon. & Alexā.conſil. cij.in ij.colū. in princ. volu.j.& latius in conſil. xlix.col.ij.verſ. ij.in volu. ij. & Barto.in l.vter ex fratribus. ff. de cond.inſti.& pulchrè Henri. Boich.in c.ſicut ex literis. & ibi Prepo.Mediolanenſis de ſponſ.

ditur per eum, cuius intererat conditionem non imple-
ri, & ideo vna per aliã non eſt ſuperuacua. Præterea cir-
ca hanc materiam dicendum eſt, ꝙ ibi in c. imputari. ple
niũs eſt diſtinguendum: nam hęc & illa intelligi poſſunt
in vna ſpecie conditionis mixtæ, id eſt quæ pendet ex fa
cto implentis & alterius: ſed magis propriè in poteſtati-
ua procedunt. Dyn.

## In reg. Quod alicui. Argumenta.

1 *Decurio prædia publica nomine proprio ſicut tollere nequit, ſic nec alieno.*
2 *Tutor nec ſuo nec alieno nomine rem pupilli poteſt emere.*
3 *Furioſus per alium poteſt acquirere, licet non per ſe.*
4 *Facere qui nequit per ſe, quando poßit per aliũ. & nu. ſeq.*
6 *Libertus nomine alieno patronum in ius vocare poteſt, proprio non poteſt.*

### REGVLA LXVII.

QVOD *alicui non licet nomine ſuo, nec alieno licebit.*

¶ † SICVT decurio non poteſt ſuo nomine proprio 1
prædia publica colere, ita nec licet ſubiectis aliorũ nomi
nibus: vt ff. de admi. rer. ad ciui. pert. l. ij. §. j. a † Item ſicut a
non licet tutori emere rẽ pupilli ſuo proprio nomine: 2
ita nec per interpoſitã licebit: vt ff. de auth. tu. l. pupillus.
§. ſed ſi per interpoſitã. & ad prædictorum confirmatio-
nem accedat. ff. de contrah. emp. l. non licet. & C. de hęr.
inſt. l. neque. & ff. de vſucap. l. Labeo. §. ſed cũ. cum mul-
tis ſimi. ¶ Sed opp. & videtur ꝙ illud quod non licet per
ſe, liceat per aliũ. † Furioſus enim non poteſt acquirere 3
rem per ſe, & tamen poteſt per aliũ: vt ff. de acquir. poſſ.
l. j. §. idem acquirimus. & ad idem accedat ff. quæ res pig.
obl. poſſ. l. Ariſto. & de bo. poſſ. cõtra tab. l. iij. §. planè. &
l. non putauit. §. ſed ſi exhæredatus. dicendum eſt ꝙ illud
generale reperitur ſolutũ tripliciter. Vno modo, ꝙ iſta
ſit regula, & cætera ſunt ſpecialia. † Secundo, ꝙ quis non 4
poteſt per ſe nec per aliũ à ſe ſubmiſſum, ſed per alium
à ſe non ſubmiſſum poteſt. & hæ duæ ſolutiones tradun
tur in l. his enim caſib⁹. ff. de fur. Tertio modo dici ſolet.
ꝙ aut aliquis impeditur per ſe ratione delicti à perſona
commiſsi: aut ratione rei, aut mixta ratione rei & perſo
næ, aut ratione defectus intelligentiæ, primis tribus caſi-
bus locũ habet regula. Quarto caſu habet locũ lex con-
traria

a Adde ad iſtã regulam & ſequẽtem, & etiã regulã, qui per alium. glo. ſing. in l. ij. §. j. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuil. pertin. hic alle. & Dyn. infrà in regula vltima. & Bart. & doct. in l. hæreditariæ. ff. de furt. cum l. ſeq. & Bartol. in l. Labeo. §. j. ff. de vſucapionib. & Bald. & doctor. in l. neque. C. de hæred. inſtit. Et quando tutor per ſe vel interpoſitã perſonã poſsit emere rem pupilli vide Bald. in d. §. ſed ſi per interpoſitam perſonã & in l. cum ipſe. & ibi Cyn. Salic. C. de contrahend. empt. & vide hîc Ioã. Andr. in Mercurial. & Phil. Franc.

Adde omnino quod notaui in apoſti. ad gl. in l. ſi is qui. in apoſt. in ver. ſic. quod per me non poſſum. & poſita in gloſſ. in verſic. & ille. ff. de liber. lega. dixi in apoſt. ad Card. in clem. l. §. j. in princi. de



regula. no. Card. Alexand. in cap. ſicut non ſuo. xlvj. diſt. & Card. de Zab. in clemen, ſin. de cenſ. & inquantum hîc tangit materiam tutoris, an, quando & qualiter poſ-ſit cum pupillo contrahere. vide omnino Gerard. de Petra ſancta ſingu. lvij. incip. qualiter tutores.

a Adde ibi Barto. Benedictum de Plum. in repet. & Imo, quando & in quo art. in criminalib. admittatur procurator. & Bald. conſi. cvi. col. ij. in verſi. ij. quæritur. volu. j. & pulchrè Alexã. in conſil. cxvj. in princ. libr. ij. Bald. & Salic. in l. ſi reos. C. de accu. & Lud. Bolog. in l. præſes. C. ad legem Iuliam, de plag. in ſecundis interpreta. & Felin. latiſsimè in capit. meminimus. col. iij. & v. de accuſat. & Lud. de Rom. in conſilio clij. & ſeq. & Cepol in cautel. cccxxij. & in conſilio lxxij. in i. col. & in conſilio 50. & Calderin. in conſi. ij. titul. de procurat.

traria, ſicut ſoluitur. ff. de vſuca. l. Labeo. & de acqui. hær.
l. Antiſtius. §. fin. Secundò poteſt intelligi regula magis
5 propriè verbis conſideratis, videlicet vt † quod non licet
alicui facere ſuo proprio nomine, non liceat alieno, ſub
colore nominis alterius. Verbi gratia: ſicut non licet tu-
tori inquietare pupillum ſuo nomine proprio ita nec li
cebit nomine alterius: vt ſi habeat ab alio iura ceſſa con
tra pupillũ. nam non licebit ſibi ſub nomine alterius pu
pillũ inquietare. vt in auth. de his qui obl. ſe ha. §. ſi quis.
ſed tunc eſt cõtra regulã manifeſtè. ff. de in ius vo. l. quæ-
6 ſitum. † vbi licet patronũ in ius vocare nomine alieno,
& tamen non liceret nomine proprio. ſed regula videtur
intelligenda, cùm faciendũ nomine alterius tendere et ad
eundem effectũ, quem conſequeretur faciendo nomine
proprio. cum autem non ad eundem, ſed ad diuerſum
pertinet effectum: tunc locum habet lex contraria. Dyn.

## In reg. Poteſt quis. Argumenta.

1 *Facere poteſt quis per alium quæ per ſeipſum potuit.*
2 *Litigare in cauſis publicis poteſt quis per ſe, non autem per alium.*
3 *Illuſtres per ſe litigare nequeunt, per procuratorẽ poterũt.*
*Litigare per ſe licet in actione populari, non autem per procuratorem.*
4 *Violentum per ſe licet expellere, non per alium.*
5 *Emphyteutam in poſſeſsionem inducere quis poteſt per ſe, non per alium.*

### REGVLA LXVIII.

POTEST *quis per aliũ, quod poteſt per ſeipſum.*

1 ¶ † SICVT poſſum per me emere, vẽdere, locare, con
ducere, litigare: ita poſſum per aliũ. ff. de proc. l. j. §. vſus
autẽ. & de iniur. l. ſed ſi vnius. §. idẽ Iulianus. & §. idẽ ait.
& inſt. per quas perſon. acqui. §. j. ſed contra regulã vide-
2 tur, † quia in cauſis publicis licet per ſe litigare, non per
a procuratorẽ: vt ff. de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. a † Item
3 quia illuſtribus licet litigare per procuratores, nõ per ſe.

& C.

Adde inquãtum hîc tangit materiam procuratoris, an in cauſis criminalibus poſsit interuenire. Tu vide Anto. Corſet. ſingul. ſuis. in verſicul. procurator. verſic. poteſt quis. Felin. in c. memi-

nimus.col.ij.verſi.not.ibi excuſaret.cum Bartholom.Soc.in ſuo tract.fallen.regu. cccxxij.vbi ponit xvij.fallen.Paris de Puteo in ſuo tracta.Syndic.verſic.procur.& Gerar.de Petra ſancta ſingu.ſuo lxij.incip.ferè per totam Italiam. & ibi dat cautelam quòd poſsit &c.

A Adde & no.quæ ſunt illa quæ poſſum per me & non per alium.puta per procura. text.& ibi Bar.in l.cummiles. ſecũdum vtranque le ct.ff. de ali.iud. mut. cau.fact. vbi eſt ſingula.caſus in quo quis cogitur perſonaliter agere, vel defendere, & ibi Bal.in l.ij.C. de his qui veniam ẹta.impe. & Bald.in l.j.§. penul.ff.de procur.& Innoc.& Abb.in c. querelam. de procur. Bar.& Bal.in l. Aristo. ff. quæ res pig. vel hypot.oblig.& ſingul. Io.de Plat. in l. nullus qui. C. de decurion. libro x.

& C.de procur.l.pen.Item in actione populari,licet per ſe litigare,non per procuratorem,niſi quatenus actio ad priuatum cõmodum pertinet.ff.de procu.l.licet.in prin. & de popu.l.qui populari.† Itẽ licet per ſe violentũ ſine 4
aliquo interuallo de poſſeſsione expellere, & non per procuratorẽ.ff.de vi & vi ar.l.cùm fundũ. † Itẽ licet per 5
ſe emphyteutã nouum in poſſeſsionem inducere,veteri deiecto,non per procuratorẽ.C.de iur.emphy.l.fi.§.pe. Sed dicendum [a] eſt omnia ſupradicta ſpecialia eſſe,regu A
lã verò generaliter obtinere in iudicio & extra iudiciũ: vt d.l.j.§.pe.ff.de procu.& ibi no. reſtringi autem debet hæc regula ad ea quę poſſunt per aliũ explicari:in his autem quæ per aliũ explicari non poſſunt,nõ procedit regulę effectus:vt arg.C.de cad.tol.§.ne autẽ.& ff.de ſolu. l.inter artifices.& no.de vi & vi arma.l.j.§.quoties. Dyn.

## In reg.In malis. Argumenta.

1 *Promittens illicitum,non obligatur.*
2 *Promittens decem dolo ductus,an teneatur.*
3 *Promiſſum malum dupliciter intelligi poteſt.*

## REGVLA LXIX.

**IN *malis promiſsis fidem non expedit obſeruare.***

¶ † SI promitto tibi occidere hominem, vel cõmittere 1
furtum,vel ſimoniã,vel aliquid turpè, nõ expedit fidem ſeruare,cùm promiſſum ipſo iure nõ teneat.vt ff.de ver. obli.l.generaliter.& l.veluti.& l.ſtipulatio hoc modo.& l.ſi plagij. & de fideiuſſor.l.ſi à reo.§. illud quod vulgò. ¶ Sed op.& videtur ꝙ etiã in malis promiſsis fidẽ conueniat obſeruari.licet de æquitate detur exceptio. † nam ſi 2
induco te per dolũ vel metum vt mihi decẽ promittas, promiſsio valet,licet agenti ex promiſsione obſtet exceptio doli vel metus.vt C.de inu.ſtip.l.dolo.& ff.de verb. obl.l.ſi quis cùm aliter. ¶ Sed dicendũ ꝙ malum promiſſum dupliciter [b] ſumitur. † Nã vno modo dicitur malũ, 3
id eſt ſuper re mala, vel turpi,ſeu turpitudinẽ continẽte 3
interpoſitũ,& illud nõ expedit obſeruari:quia ipſo iure

B Adde gloſſ. Chriſto.Por. & Iaſ.ibi in addit. in §.quod ex turpi.inſtitu.de inut.ſtipu.& ibi Angel.Areti. & Bar.Pau.de Ca. & Alexan.in l.ſi plagij.ff.de ver. obl.& Cyn.Bal. & Sal.in l.ij. C. quod met.cauſ. & Bal.in l.j.col. ij.in fi.C.de cõd.ob tur.cau.& Io.an.in reg.nõ

non



non tenet.ff.de pact.l.iuriſ.& §.& generaliter.& de ver. oblig.l.generaliter.& l.veluti.& l.ſtipulatio hoc modo. & l.ſi plagij.& l.ſi ſtipuler.& inſtit.de inutil.ſtip.§.quod ex turpi. Secundo modo dicitur malum promiſſum: id eſt malè conceptum:quia interueniente dolo vel metu: & tunc licet promiſsio teneat de iuris rigore, non expedit fidem ſeruari:quia promiſſori datur exceptio: vt d.l. ſi quis cum aliter. & l.dolo. nihil enim intereſt, vtrum quis non habeat ipſo iure actionem, vel poſsit per exceptionem excludi: vt ff.eo.l.nihil.

## In reg.In alternatiuis.Argumenta.

1 *Promittens duo alternatiuè vtrum volet ſoluere poterit.*
2 *Debitoris an ſit electio in debito alternatiuo.*
3 *Hæredis an ſit electio in legatis alternatiuis.*
4 *Legatarius quando eligere poſsit alterum ex alternatiuè legatis.*
5 *Alternatiua affirmatiuè concepta quo differat ab ea quæ negatiuè concipitur.*
6 *Alternatiuæ partem alterã adimpleri non ſufficit vbi verba coniuncta non ſunt.*
7 *Copulatiuæ natura quæ ſit,& quæ disiunctiuæ.*
8 *Soluta eſt ſpecies orationis diſtincta à coniuncta & disiuncta.*

eſt obligatoriũ §.eod.tit.& per totum. xxij. q. iiij.& Ioã.Fab. in §.fi. inſtit.de leg. vbi dicunt Doc.quòd promiſsio pòt dici turpis trib⁹ modis,& vide Alexan.in conſil.v. incipiẽ.prætermittendum eſt. libro iiij. & in conſi.clij.incip. quãdo pro delicto. volu.ij.& Alexand.in addit.ad Bar.in l. dolo. C.de inutil. ſtip.qui ponit tres limitationes. & vide Abb.Sicu.& do. Ant.conſ.cclilj. cap. inter dilectos.de dona.& Cep. Veronen. in caut.cccvj.

## REGVLA LXX.

**IN *alternatiuis electio eſt debentis,& ſufficit alterum adimpleri.***

¶ DVO dicũtur in hoc capitulo,& ideo duæ regulę dici poſſunt. licet enim vtraque de debito alternatiuo loquatur prima tamen tractat de iure electionis, ad quem pertineat: vtrum ad debitorem,vel ad creditorem.ſecunda verò de alternatiuæ obligationis effectu. Exemplum
1 autem regulæ primæ patet cuilibet. † Nam ſi promitto tibi Stichum aut Pamphilum,electio eſt mea quem eorum ſoluere velim. ff.de iure dot.l.plerunque.in fi.& de eo quod cert.loc.non vtique,§.qui Stichum. & de condi.inſtit.l.ſi hæredi.Item ſi ſoluo Stichum,non teneor ſoluere Pamphilum,quia ſufficit alterum adimpleri.ff.de condit.& demonſt.l. cùm pupillus.§.vlt.& de verbo.oblig.l.ſi ita quis ſtipuletur.
2 ¶ † Sed opp.quòd in alternatiua non ſit electo debitoris: quia iure cauetur quòd ſi teſtator alternatiuè legat fundum Seianum,aut vſumfructum fundi Seiani,eſt electio legatarij & non hæredis: vt ff.de lega.ij.l. Lucio. Quidam ſimpliciter dicunt, quòd aliud eſt in legatis, & aliud in
3 contractibus,quòd ſimpliciter dictum eſt falſum:† quia in legatis alter-

R natiuè

natiuè relictis,eſt inuenire quòd eſt electio hæredis non legatarij. ff. de leg.ij.l.ſi ita relictum,§.vlt.& ideo latius &[a] melius dicitur quòd in contractibus alternatiuè con- 3
ceptis ſemper eſt electio debitoris.vt d.l.plerunque.& l. non vtiq;.§.qui ſtichũ. In legatis verò diſtinguo,aut verba diriguntur ad hæredem,aut ad legatarium,aut ſimpliciter proferuntur.Primo caſu eſt electio hæredis:quia ſi teſtator dicit,Dato talem rem aut illam:videtur electionem hæredi concedere:vt l.ſi ita relictum.in fi.† Secun- 4
do caſu eſt electio legatarij:quia cùm teſtator dicit, habeto tibi, aut vendicato tibi illam rem aut illam videtur eligendi poteſtatem concedere legatario.vt ff. de leg.j.l. planè.§.vlt. In tertio caſu eſt electio legatarij, cùm vltimis voluntatibus pleniùs quàm in cõtractibus interpretari oporteat.ff de leg.ij.l. Lucio Titio. & ibi plenè notatur.& inde habuit originem glo.iſtę primæ regulæ.

¶ Ad ſecundam partem oppo. & videtur quòd non ſufficiat alterum adimpleri,[b]ſed oporteat alterum non ad-
impleri.ff.de verb.obli.l.ſi quis ita.in fi.† ſed dicendum 5
eſt referre inter alternatiuam affirmatiuam, & alternatiuã negatiuã : quia in affirmatiua ſufficit alterũ fieri, vt hîc.in negatiua oportet alterum non fieri : tamen idem eſt in vtraque ſi conſideretur effectus: quia in affirmatiua ſufficit alterum affirmatiuè : in negatiua ſufficit alterum negatiuè:& ideo non eſt contrarium,ſed conueniẽs verbis regulæ.¶ † Item oppo. & videtur quòd vbi verba 6
non ſunt coniuncta , non ſufficit alterum adimpleri.ff. de ver.ſign.l.triplici.§.videamus.ſed dicendum eſt quòd

a Adde cuius ſit electio in contractibus & legatis alternatiuis.Bal.& Doct.in l. planè.§.pen.ff.de leg.j.& Cy.Bal.& Sali.in l.cum quidam.C.de leg.& Alex.in l.qui duos.col.j.ff.de lega.j.& ibi vide quid in gratuis,& beneficiis.& Io.Fab. Ang.Aret. & Iaſ.inſtit.de act.§.huic autem.& ibi Bal.& Bar.in d.l.Lucio, ff.de leg.ij.Henric. Boich.in c.conſ.de plus peti.& in c.iudicante.de teſt.& vide glo. in c.j.de collatio. ſuper verb. aut ſemel. fol.17. in Prag. Sanct. & Abb.Sic. & Fel, amplè in ca inter cæteras.columna ij.de reſcrip. vbi ponit Felyn.regulam cum x.fallet. & x. reſtrictionibus,& vide Ludo. de Vrbe in cõſil.cclxxix. & Ludoui. Bolo. in l.ſi is cui. ff. de legat. ij. in ſuis ſecundis interp. & in l. iij. §. qui Stichum. ff. de eo quod cert. Ioã.& Alexand. in addit. ad Bartol. in l. quamuis. ff. de pign. act. & in l. ſi quis ſtipulatur. colũ. j. ff. de verb.obli. & Bald. in conſil. xliij. volum. j.

Adde deductis ſ. ſcilicet in quãtum loquitur cuius ſit electio in alternatiuis, & dic quòd in alternatiuis rerum electio eſt debitoris. & ita intelligatur hæc regula ſecundum Guil.de Cug.in l.cum hæreditas. nu.j. & quod ibi poſui in apoſt.ad ipſum.in ver.eſt electio debitoris. C.de peti. dixi in apoſt. ad Bart.poſt eum & alios in l. qui duos.in princ. in verb. eſt electio.ff. de lega.j.facit quod ſignaui in apoſt.ad iſtum In reg.obſcuris.verb.legatarij.

B Adde quando ad veritatem alternatiuæ ſufficiat vnam eſſe veram Bald. Cy. & Salic.in d.l.cùm quidam.de leg.& Bal.in l.ij.C de obſeq. & Bar.in l.pediculis.§. argento.ff.de aur.& arg.le.& in l.ſi is qui.§.vtrum.ff.de reb.dub.& Fely. in c.inter cæteras.col.vlt.de reſcrip.vbi ponit regulam cum v.fal.

tres



A tres ſunt orationum ſpecies.[a]Nam quædam ſunt cõiunctæ , id eſt quæ aliquam coniunctionem copulatiuã habent: quædam diſiunctiuæ, quæ habent aliquam diſiunctiuam: quædam ſolutæ quæ nec diſiunctiuam nec copu
7 latiuam coniunctionem habent.† natura copulatiuæ requirit omnia ſimul vera.ff.de ver. obl.l.ſi quis ita.& l.ſi. & de cond.inſtit.l.hæred.plures. natura verò diſiunctiuæ alterũ tantum: vt hîc.& ff.iud.ſol.l.cõquerebatur. & de cond.& demon.l.cùm pupillus.§.diſiunctiuo. ſoluta verò ex mente certa pronuntiantis aliquando æquipollet copulatiuæ,aliquando diſiunctiuæ:vt ff.de ver.ſig.l.alienationis.§.fi.ſi de mente non appareat,accipitur pro copulatiua.vt d.l.triplici,§.videamus.licet ar. contra. ff. de reg.iur.l.in eo quod.§.vbi verba.ſed in §.videamus. conſiderauit dubiũ ſignificationis ſolutæ. & in §. vbi verba conſiderauit effectũ ſignificationis,ex eo quòd in obſcu-
8 ris minimum eſt ſequendum ſ.e.c.in obſcuris.† eſt ergo ſoluta per ſe ſpecies orationis diſtincta à coniuncta & diſiuncta. Item aliter ſignificat : quia copulatiua copulatiuæ,diſiunctiua diſiunctiuæ,ſoluta ſolutæ,ſed effectus ſignificationis non diſtinguitur à ſignificato copulatiuæ quod requirit vtrũq; vel diſiũctiuę,quæ requirit alterũ: quia ſemper effectus ſignificationis ſolutæ repræſentat vtrunq; vt copulatiua: vel alterum tantùm vt diſiũctiua. habet igitur ſoluta diſiunctam & propriã ſpeciem ſignificandi, ſed non effectum ſignificati extra ſeipſam Dyn.

A Adde de natura orationis copulatiuæ diſiunctiuæ , text. ſin.& ibi glo. & Doct.in l.ſæpe. ff.de verb. ſign. & Lud. de Roma. in ſin. inci. tu habes.fol.11.

Tu dic quòd voluit allegare Rom. ſing. ſuo ccccxx.incip.tu habes. l.cũ quidam.de quo vide quod notaui in l.ſi is qui.§.v. vtrum ita.in apoſtill.in verſi. ſufficit vnã eſſe veram. poſita ſuper gloſſ. in verſi. vtrũ ita, ff.de rebus dub. dixi poſt Bart. ibidem in apoſtil.in verſi.ſtat propriè poſt Alex.& alios.& in addit. ad Io. Fab.inſti. de iure perſonarũ. in princ.nu.j.in verſ.diſiũctiua, & dixi in apo, ad Bal.in l.cum proponas.num. iij.in verſ.exceptio alternatiua.C. de tranſactionibus.

## In reg.Qui ad agendum. Argu.

1 *Agere qui poteſt,excipere multò magis poterit.*
2 *Excipiens de dominio quando non audiatur ante reſtitutionem poſſeſſionis.*
3 *Exceptio dominij non excludit interdictum recuperandæ poſſeſſionis.*
4 *Poſſeſſor clandeſtinus an excipere poſſit de iure dominij contra actorem.*
5 *Cõductor poſſeſſionẽ locatori reſtituere cogitur ante omnia.*
6 *Sententia lata in petitorio an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio.& nu.7.*

## REGVLA LXI.

QVI *ad agendum admittitur , eſt ad excipiendum multo magis admittendus.*

1 ¶ † SICVT ſuperficiarius & emphyteuta & quicunq;

R 2 alius

A Adde ibi Bart.Bal.& Salic.& Bald.& Cyn.in l.vis.C.de probat.& Bart.Bal.& Alexand.in l.ſi alienam.ff.ſolut.matr.& Innoc.in c.bonæ.de poſtu.præl.quādo ſpoliato per violentum poſſeſſorem conuentum rei vend. poſsit referre cauſam dominij.& Bald.& in l.ij.in q.xiij.C. de ſeruit.& aqua.& Doct.in c. cum dilectus.de ord.cog.& Lud.de Rom.in conſi.ccxv.& Bald.in l.penult.C.vnde vi.& Bartol. & Alexā. in l. ſi quis conductionis. C. loca. & Bald. in c.in literis.in princ. de reſt. ſpol.

B Adde quòd Barto.in conſil. lxxxj. colū.j. in fin. dicit Dyn. hic & in l.ij. §. quādā. ff. de interd. non bene dicere, quòd exceptio dominij poteſt opponi agenti interdicto vti poſsidetis, retinendæ ſeu de turbata poſſeſsione. vt tenet in vltima quæſtione hic: quia ſecundum veram opinionem non poteſt opponi exceptio dominij, ſicut in interdicto recuperandæ. & vide Barto.in ſua quæſt.incip. Lupus fuit captus. colum.j.& v.& in l. naturaliter.§. nihil commune.colum.ij. verſi.iij.contra prædictā & ibi Imo. & Ale.& Doct.ſ.in j.addi.alleg.& Oldr.de Lau.conſi.j.in fi.& Alex. in conſil. xciiij.col.ij.verſ.pro hoc.quia lib.iiij.& Card.Alex.in c.in nomine Domini.xxiij. diſtinct. colum.vj. verſicul.gloſſ.in gremio. & text. Abba. & ipſum Cardin.in cap. conſtitutus. de appella.

alius habens dominium vtile, poſſet agere contra dominum vtili actione in rem: Ita ſi ab eo conueniatur multò magis excipere poterit.vt ff. de ſuperfi.l.j. §. quod ait.& de regulis iuris.l.inuitus.§.cui damus actionē.cum facilior ſit cauſa concedendi exceptionem, quàm actionem,ex eo quia fauorabiliores ſunt rei,quàm actores:vt in regula iuris.& ex eo ꝙ faciliores ſumus ad abſoluendum quàm ad obligandum.vt ff.de act.& obli. Arianus. & de pœnis.l.abſentem.Sed opp.& videtur quòd qui admittitur ad agendum,non audiatur volēs excipere.C.de agri.& cenſi.l.ſi coloni.& ſi per vim vel alio modo.l.j.& ad l.Iuli.de vi.l.ſi quis[a] ad ſe fundum† Sed dicendum eſt 1
quòd illæ leges locū habent in iudicijs recuperādæ poſſeſsionis,in quibus excipiens de dominio nō auditur,niſi primò poſſeſsionem reſtituat,cum ſpoliatū ante omnia reſtitui oporteat: hæc autē regula aliàs obtinet generaliter in quibuslibet iudicijs generalibus,[b] vt dictum eſt ſ. 2
in c.dolo. ſuperfluum enim videtur dicere quòd is qui poſſeſſorē ſpoliauit,poſſet opponere de dominio, quod ſpoliando amittere meruit.vt C.vnde vi.ſi quis in tantā. Et propterea Gloſſatores Iuris Ciuilis ſatis enormiter erraſſe videntur in eo quod ſcribunt ff. de iudic. l. ſi de vi.vbi dicunt † quòd exceptio dominij excludit interdi- 3
ctum recuperandæ poſſeſsionis. Poſteà contrarium eius notauerunt ff. de vi & vi arma.l.j.§.j.& de verb. ſigni.l. mulieris.§.j.& de vſucap.l. ſequitur.§.ſi dominus. quod videtur magis proximum veritati. † ſed an is qui habet 4
poſſeſsionem clandeſtinam poſsit contra actorem excipere de iure dominij, dubitatio eſt: quia iura videntur velle quòd violenta & clandeſtina æquipolleant: ſicut ergo non licet habenti violentam poſſeſsionē excipere de dominio,vt dictum eſt:ita nec licet excipere ha-





1 *Emens à pupillo ſine tutoris autoritate cenſetur in mala fide.*
2 *Emens à prælato bona eccleſiæ citra debitam ſolennitatem, contra iura mercari dicitur.*
3 *Emens aſcriptitium ſine gleba, mercatur contra iura.*
4 *Emens contra prohibitionem iuris, quando ſit in mala fide.*
5 *Bona fides ſemper præſumitur, niſi mala adeſſe probetur.*

## REGVLA LXXXII.

QVI *contra iura mercatur, bonam fidem non præſumitur habere.*

¶†QVI emit à pupillo ſciens illum pupillum eſſe,ſi- 1
ne tutoris autoritate,preſumitur malæ fidei:quia contra iura mercatur:& ideo non præſcribit de autoritate præſtan.l.eum qui.& de vſucap.pro empto.l.vltima.& ff.de
cõtrahend.emp.l.qui à quolibet,†Item qui emit à præ- 2
lato bona eccleſiæ, non ſeruata ſolennitate quæ de iure ſeruari debet: vt c.ſine excep.xij.q.ij.& C.de ſacroſanct. eccle.in authen.hoc ius porrect.contra iura mercatur: &
ideo non præſumitur habere bonam fidem. † Item qui 3
emit aſcriptitium ſine gleba contra legum interdicta mercatur: quia nullus eam abigit malæfidei poſſeſſorem.& ideo nullo temporis ſpatio præſcribitur.C.de agri.



a Adde & not.quòd vbicunq; quis emit rem vend..prohibitam ratione perſonæ vel rei etiam ignoranter,quòd emens præſumitur ſcire quo ad hoc vt non vſucapiat.de quo per Bar.& Ioan.de Plat.in l.quemadmodum.in fin.C.de agri.& cenſi. lib.xj.& Io.And.hîc,& ſeq.Cyn.in l.fi.C.de vſuc.pro empto.

b Adde Cyn.& Bar.Bald.& Salyc.in d.l.pen.C.de reſcin.longi temporis quando præſumatur bona fides.& Angel.Aret. Ioan. Fabr. Chriſtopho.Per. & ibi Iaſ.in addit. inſtit.de vſucap. in prin.& Bart. in l.fin.C. vnde vi.& hic per Moder.& vide no. Dyn.& quæ ibi dixi in reg.poſſeſſor.in prima & ij. addit. & Bar.in l.Celſus. colum.pen.ff.de vſu.& Alexand. cõſi.xxxv.colũ. iiij. verſicu. & ideo ſecũdũ volum.iiij.& pulchrè Ang.Aret. inſtit.de rerum diuiſ.§.ſi quis à nõ domino.colum.j. & Abb. Sicul.in conſil. cij.colũ.j. lib.j. & in conſi.liiij. volu.ij.Faciunt ad not.in hac apoſt.in princi. ſcilicet an & quando præſumatur bona fides Cart.in cle. quod circa.qõ. vij.in fi.de electiõ. Gem. in cap.abbate ſanè.poſt gloſſ.in verb. dominij. vel quaſi.ſ.de

agri.& cenſi.l.quemadmodũ.in fi.& ſ.eo.c.poſſeſſor.ra-
4 tio autem eſt †,quia aut emptor ſciebat prohibitionem iuris aut ignorabat.Si ſciebat,planum eſt:quia mala fides apertè concluditur in ipſo. Si ignorabat,eſt malæfidei
a præſumptione iuris,cùm in iure errauerit.a ff.de vſucap.
5 l.ſi fur.¶†Sed oppo.quia ſemper præſumitur bona fides ſi abeſſe non probetur.C.de præſcript.long.temp.l.
b penult.b Argum. ff.de fideicom.lib.l.ſi eum.§.ex iniuſta.& de adminiſtra.tuto.l.hoc autem.& de probat.l.verius.& de legat.ij.l.ſi cum ita legatur.§.ſpecies.Sed dicendum eſt quòd aut allegatur ignorantia facti aut iuris. Si facti, tunc præſumitur bona fides:quia iuris præſumptio allegationi non reſiſtit:vt ſ.eodem c.præſumitur.& in l. prælleg. Sed ſi allegatur ignorantia iuris:tunc præſumitur malafides, vt hîc: quia præſumptio iuris allegationi reſiſtit:vt ſ.eo.c.ignorantia.& ff.pro empt.l.ij.§.ſi à pupillo.& §.ſi à furioſo.& C.de legi.l.leges ſacratiſsimæ. & de iuris & fac.ignor.l.conſtitutiones. Dynus.

## In reg. Bona fides. Argumenta.

1 *Exactum ſemel an & quãdo iterũ licitè exigatur.& nu.3.*
2 *Legatum ſub conditione ſi ea pendente exactum fuerit non poterit eadem eueniente iterum exigi.*
4 *Exigere non poſſum, etiã ab alio,quod ſemel exegi ab vno.*
5 *Exactio vnius quãdo nõ impediatur per exactionẽ alterius.*

## REGVLA LXXXIII.

BONA *fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur.*

1 ¶†Hoc intelligendum eſt quòd non exigatur, ſcilicet ab eodem vel ab eo qui ab exacto cauſam habet, vel contra exactum eſt habiturus regreſſum:ſed à diuerſis prorſus poteſt bis idem exigi:vt patebit in ſolutione contra-
2 riorum. Exemplum autem poni poteſt ſic: † Si teſtator legat mihi centum ſub conditione,pendente conditione egi contra hæredem interdicto de ta.exhib.& quia non exhibuit condemnatus fuit ad intereſſe meum,id eſt ad ſolutionem legati: & poſtea exiſtere conditione volo agere

re iud.inſtit.lib.vj. Old.conſi.ccxlij.& Alex.conſi.ccxcix.vel.ij.& omnino Barth. Cepol.in titu.de ſer.vrb.c.xx.

A Adde Bar.qui ſequitur Dyn.hic in l.locum.§.condemnatio.ff.de tab.exhib & in l.planè.§.ſi eaſdem res.& ibi Bald.& Moder.ff.de leg.j.Bart.in l.ij.§.Mela.ff.de de præleg.Ioan.And.Phil.Franc.& Moder.hic.

B Adde quando vna res poſſit ſolui ex duabus cauſis lucratiuis Bart.in l.ſi quis duos.ff.de ſolut.& Paul.de Caſtro in l.Meuius.§.duorũ.ff.de leg.ij.vnde dicit ibi Pau.de Caſt.ad fin.quòd ſi aliquis habeat ſoluere magnam quantitatẽ pecuniæ ſi eã non habet integraliter & velit cõficere inſtrumentum de tota reali ſolutione:quia partes ſunt in concordia puta quia debes mille, & non habes niſi centum cõſiliũ eſt q numeres decẽs illa centum tuo creditori & ipſe creditor poſtea tibi illa reſtituat & deinde illa cẽtũ ſoluas creditori:& ſic de ſingulis vſq; ad decies erit liberatus: vt d.l.ſi quis duor.& idẽ tenet Ce.in cau.xxvj.incipiente ſi quis habeat.

agere ex teſtamẽto, & iterum peto legatũ, non ſum audiendus: quia bona fides non patitur &c.vt hic & ff.e.l. bona fides.& de tab.exhi.l.locum.§.condemnatio. ¶Sed opp.& videtur q ſemel exactum iterum exigatur,†quia 3 ſi egi contra eum qui dolo deſiit poſſidere,& conſecutus ſum æſtimationẽ,nihilominus poſſum agere contra poſſeſſorem ad rem, vt ff.de peti.hæred.l.nec vllam.§.item ſi quis.& de ſolu.l.Stichum.in ij.§.dolo.ſed dicunt, aut petitur ab eodem à quo fuit exactum, aut ab alio. Si ab eodem,locum habet regula.Si ab alio, locũ habent contraria: vt probari videtur in d.l.locum.§.condemnatio. Sed hæc ſolutio non eſt ſufficiens:†quia iure cauetur q 4 ſemel exactum non poſſum iterum exigere etiam ab alio:vt ff.ſi famil.fur.feciſ.dicatur.l.quoties.& de rebus eorum qui ſunt ſub tutel.illicitè.& de re iudica.l ſi quis dolo.§.ſi quis creditorem.& ideo videtur dicendũ quòd ſi peto ab eodem,non audior: ſed ſi peto ab alio,ſiquidẽ non eſt habiturus regreſſum contra exactũ tunc audior: vt d.l.nec vllam.§.item ſi quis.& l.Stichum.§.dolo.& l. locum.§.condemnatio.[a] ¶†Item oppo.& videtur quòd A etiam ab eodem poſſit iterum exigi:vt ff.de dona.l.fun- 5 dum Cor.ſed ibi erant obligationes diuerſæ & ex diuerſis contractibus originem ſumẽtes. Et ideo exactio vnius non impeditur per exactionem alterius:niſi quãdo omnes cauſæ eſſent lucratiuæ:[b] tunc enim exactione facta B ex vna impediretur exactio ex altera:vt ff.de act.& obl.l. omnes.& de legat.ij.l.Meuius.§.duobus.Præterea in l. fundum.vna obligatio contracta erat ſuper fundo: alia ſuper æſtimatione fundi. vnde cùm nõ ſuper eodem ſed ſuper diuerſis procedat duplex exactio,ſequitur quòd ad regulam non pertinet. Dynus.

## In reg.Cum quid vna via. Argumenta.

1 *Pater vt pater adminiſtrare prohibitus, non poterit idem vt curator.*

2 *Succedere qui nequit iure ciuili,alia via non debet admitti. & numero 4.*

*Filius*



A Adde quòd emancipatus olim de iure ciuili non ſuccedebat:ſed de iure prætorio.Cy.Bar.Bal.Saly.Signero.de Homedeis in l.qui ſe patris.ff.vnde liberi.& Ang. Are.in §.emãcipatos.& ibi Io.Fa.inſti.de exhære.lib.ſed hodie emancipatus ſuccedit ad ſimilitudinem ſui:vt tenet Bar.in l.j.§.ſi filius.in fi.ff.de legi.hære.& an ſublata ſit differentia emãcipationis & patriæ poteſtatis.vide per Bar.in l.emancipati. circa fi.& ibi Doct.C.de collat.& maxime Ludoui.Bolog. in ſuis ſecundis interpretation. Ratio autẽ aſſignatur per Bal. in authẽ.in ſucceſſione.num.3. C.de ſuis & legi.& an tollat emancipatio agnationem, vide Ange.Are.in §.fin.inſti.de legi.agna.ſucceſ. gloſ.in l.qui ſe patris.C.vnde leg.& Barto.in l.j.§.domini.l.ij.ff.ad Silla.& ibi tangitur materia de qua hic agitur.

3 *Filius actione emancipationem petere nequit, ex teſtamento autem petere poterit.*

5 *Filius per vnde liberi excluſus,per vnde legitimi eſt admittendus.*

6 *Succedere poteſt ab inteſtato, qui repudiauit ex teſtamẽto.*

## REGVLA LXXXIIII.

CVM *quid una uia prohibetur alicui, ad illa alia non debet admitti.*

¶ISTIVS regulę exemplũ propriè ponitur.§.de cler. coniug.cap.j.lib.vj.poni etiam poteſt ſicut cauetur.ff.de
1 tuto.& curato.da.ab his.l.ſcire oportet.§.ſi mater.† nam ſi pater prohibetur adminiſtrari tanquam pater, nec poterit, nec debebit adminiſtrare tanquam curator:vt non
2 alia via quã quod voluit teſtatrix faciat.¶†Itẽ qui prohibetur ad ſucceſſionẽ vocari de iure ciuili,non admittitur per aliã viam.id eſt de iure prætorio.ff.de bon.poſ.cõtra tabu.l.iij.§.liberi.& l.ſi poſt mortẽ.§.exhæredati.¶Sed opp.& videtur q emancipatus qui prohibetur ſuccedere de iure ciuili,vocatur de iure prætorio.ff.de bon.poſ.l.ſi
3 cum patrono.§.bonorũ.†Itẽ ſi legatũ relinquitur patri, & rogatur filiũ emãcipare:licet filius prohibeatur emãcipationẽ petere vna via, id eſt iure actionis ex teſtamẽto: tamẽ admittitur alia.id eſt per officiũ iudicis:vt ff.de cõ-
A di.& demon.l.ſi cui.[a] ¶†Itẽ ſi alicui duplici iure deferã-
4 tur hæreditas,licet vno iure ſuccedere prohibeatur.nihi-
5 lominus admittitur alio:vt ff.de re.iu.l.quoties duplici.&
B C.de iu.delib.l.ſuũ hæredẽ.†Itẽ filius[b] excluſus ab vnde

B Adde Barto. in dicta l.ſi cui. de condi.& demonſt. quando pater cogatur emancipare filium.& gloſſ. Bartol.& Alexand.in l.cog.§.ſi pater.ff.ad Trebellia.& Bartol.in l.filiusfamil.§.ſecundum vulgarem.ff.de lega.j.& ibi Bald. & Angel.Aret.in §.fina.& ibi Iaſ.in addit.ad Chriſtoph.Por.inſtitu.quibus mod. ius pat.pot.ſolui.& Barto.in l.quidam cum filium.ff.de verbo.oblig.& Bal.& Alex. in l.ſeruum.C.de teſtam.

Adde an & quando pater inuitus filium emancipare cogatur,Ioã.de Imol.poſt Bartol.in l.quidam cùm filium.ff.de verbo.obliga.& Alexand.omnino in l.vtrum eod.titu.& l.non poteſt.de adop.& Paul.de Caſt.conſi.ſuo lxj.Et an filius cogatur conſentire emancipationi.not.Bald.poſt Barto.in l.ex liberis.C.de colla.& l.quãtus.C.de fideicom.& Inno.& Alex.vbi ſ.proximo.

S 4 liberi

liberi, vocatur per vnde legitimi, & excuſus ab vnde le-
gitimi, vocatur per vnde cognati.ff.de ſucceſ.edic.l.j.§.
ſed videndum.† Item repudians ex teſtamento, ſuccede- 5
re poteſt ab inteſtato, ſi erat de numero eorũ qui vocan-
tur ab inteſtato: vt ff.de acqui.hæredi.l.nec is.§.j.per quæ
omnia videtur concludi poſſe regulam eſſe falſam.ſed
dici poteſt quòd regula locum habet vbi ius reſiſtit in
odium prohibiti: ſed vbi aſsiſtit propter alium contin-
gentem defectum, habent locum contraria.

## In reg.Contractus.Argumenta.

1 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Dolus, lata culpa & leuis quando ex natura contractus debeantur.*
3 *Culpa leuiſsima quando debeantur ex contractus natura.*
4 *Caſus fortuitus in quibus præſtetur contractibus.*
5 *Deponens conuenire poteſt vt depoſitarius de leui & leuiſsima tantùm culpa teneatur.*
6 *Pactum an valeat quòd quis teneatur de caſu extra naturam contractus.*
7 *Pactum generale in contractibus quando operetur, & quando ſpeciale.*
8 *Pactum de dolo non præſtando an ſit validum.*

A Adde ꝙ Dy. hîc ponit ea quæ dicunt tex. & glo.in l.contractus.ff.eo.titu.de quo vide ibi per Doctor. Moder.& Bart. in repet.l.quod Nerua.ff.depoſiti.& ibi Alex. in addi.& Bald. in l.qui fortuitis.col.penul. & fin.C.de pigno. act.& Bald. & Modern.in l.ſi conſtante. §. ſi maritus.ff.ſolu. matri.& gl.Io. Andr. Abb. Sicul.& Andr. cũ Sic.vulgô Barbat.in c.vno.de cõmoda.& Io. Fab.in §.item is cui.inſtitut. quibus modis cõtrahitur obligatio.

### REGVLA LXXXV.

CONTRACTVS *ex conuentione legem accipere dignoſcitur.*

¶ † DE natura quorundã contractuum eſt, quòd debea- 1
tur tantùm dolus & lata culpa: vt in depoſito & preca-
rio: in depoſito, ideo quia eius reuocatio dependet in vo-
luntate deponentis tantùm: in precario, ideo quia eius
reuocatio pendet ex libera volũtate concedentis ſolùm.
vt ff.depoſi.l.j.§.vlt.l. quod Nerua.& de preca.l.j.& l.
quæſitum.§.illud. & l.cum precario.† Item de natura 2
quorundam eſt quòd debeatur dolus lata culpa, & leuis:
vt in omnibus cõtractibus qui celebrãtur gratia vtriuſq;,
& in quibus nõ licet vni altero inuito à cõtractu diſcede-
re, vt in emptione, venditione, locatione, cõductione, do-
tis datione, ſocietate,[a] & ſimilib. vt ff.de leg.j.l.ſi ſeruus A
legatus.§.cùm quid.& cõmoda.l.ſi vt certo.§.nũc viden-
dum.& de reg.iur.l.cõtractus.† Quidã verò ſunt in qui- 3
bus debetur de natura contractus culpa leuiſsima: vt in
mandato



A Adde quãdo & quomodo genus perire nõ poſsit.Cy.Bar.Bal.Salic.Moder.in l. incẽdiũ.C.ſi cer.pet.& Alex.& Doc.in l.in ratiõe.§.incertæ aũt.ff.ad l.Falc.& Bar. Paul.de Caſt.Fulg.& Rapha.& vtrũque Imol.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de ver.obl.

B Adde an caſu fortuito poſsit renuntiari: hoc eſt dicere, an valeat exceptio caſus fortuiti: licet aliàs non teneretur, Cy.Bar.Bal.& Salic.in l.j.C.commod.& Bart. Bald. Paul. de Caſt.& Alexan. in l.& ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.Ioan. And.& Abb.Sic. in c.vno.col.penult.de commoda. & amplè Felyn.in ca.ſedes. col.ij.verſ.clauſula.de reſcrip. & Alex.in conſ. xxviij. colũ. v. verſ.capio ſecũdum dubiũ. li.j. quod cõſ.reperitur in ij. vol.cõſi. xxxj.& Spec. tit.de locat. §. iam dicendũ. & ibi Ioan.And.in addi.verſic.j.de hoc ſatis.& Pet. de Ferra.in forma libelli, quo agitur ad facti præſta. in gloſ. inueſtiuit, &c. & in deciſione Parlam.Delphinal. ccclxvij. & in ſupradictis locis reperies quãdo clauſula generalis ſubſequens poſt ſpeciales caſus expreſſos operetur: vt renuntiatio generalis trahatur etiam ad alia remedia competentia ſaltem non

mandato propter tacitã aſſertionem induſtriæ ſuſcipien
tis mandatum, cùm procurator propter ſolam induſtriã
eligatur: vt C.manda.l.à procurat.& in commodato cõ-
ceſſo gratia commodatarij tantum, quia tenetur de cul-
4 pa leuiſsima: vt d.l.ſi vt certo.§.commodatum. † Caſus
autem fortuitus, de natura nullius cõtractus ex quo de-
betur ſpecies certa, præſtatur. vt dicta l.contractus.in fin.
in contractu autem mutui tenetur de caſu non propter
naturam contractus: nam celebratur gratia vtriuſque:
ſed propter naturam debiti.eſt enim in genere debitum
A quod perire [a] non poteſt. C.ſi certum petat.l.incendiũ.
& ff.de act.& obligat.l.j.§.is quoque.& ad leg. Falcid.l.
5 in ratione. ij.§.incertæ autem. † Si ergo in contractu
depoſiti in quo de natura contractus debetur dolus & la-
ta culpa, conueniat inter deponentem & depoſitarium,
quòd depoſitarius teneatur de leui culpa & leuiſsima,
pactum valet. Item ſi in contractu in quo debetur leuis,
conueniat quòd debeatur leuiſsima, pactum valet: quia
contractus ex conuentione legem accipiunt.ff.depoſiti.
l.j.§.ſi conuenerit. & §.ſæpe euenit. Item econtrà, ſi in
contractu in quo debetur dolus & lata culpa ac leuis, &
conueniat vt præſtetur dolus tantùm, conuentio valet.
vt d.l.contractus.niſi in dote.vt ff.de pact. dot. l. conue-
6 niri.& l.Pompon. ¶ † An autem valeat pactum, quòd a-
liquis de caſu teneatur extra naturam contractus? Dicen
dum eſt ꝙ ſi culpa deprehendi poteſt videatur præcede-
re caſum, vel mixta cum caſu, quòd pactum habeat effe-
ctum, quia tenetur etiã ſine pacto. ff.de act.& obli.l.j.§.
is verò.& cõmoda.l.in rebus.§.quod autem. & arg.ff de
dãno infec.l.fluminũ.§.idem Seruius.& §.idem ait.& §.
7 iſte apud. † Sed vbi culpa deprehẽdi non pot: tunc commu-
niter dicitur ꝙ pactum generale nihil operatur: ſpecia-
le verò effectum habet. Item ſi quidam caſus ſpecialiter
exprimũtur, & generalis ſubiicitur clauſula, valet pactũ,
& extenditur ad omnes caſus in cõuentione non expreſ
8 ſos. Plenè determinari ſolet. [b] ff.ſi quis cautio.l.ſed & ſi
quis.§.quæſitũ.& eſt argumentum ſuprà hoc libro, de

procurat.c.qui ad agendum.¶ † Quæri autem ſolet,an 8
pactum quod dolus non præſtetur, valeat de iure, vel
non & reſpoſio plana eſt: quia expreſſum pactum de
dolo futuro ª remittendo,inutile eſt:tacitum tamen va- A
let.ff.de pact.l.ſi vnus.§.illud.& l.iuriſgentium.§. ſed &
ſi quis.Dyn.

## In reg.Damnum. Argumenta.

1 *Procurator ſua culpa damnatus,ſi pœnam ſoluat,ſibi imputare debet.*

2 *Procurator, vel negotiorum geſtor, indebitum ſoluens,ſibi imputet.*

3 *Socius ob delictum ſuum ad pœnam damnatus, ſibi & non ſocietati imputabit.*

4 *Dammum quod quis ſua culpa ſentit, quando alij imputare poßit.*

### REGVLA LXXXVI.

DAMNVM *quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alijs imputari.*

¶ † SI procurator ſua culpa condemnatur, & pœnam 1
ſoluat.debet ſibi imputari, non autem domino cuius eſt
procurator.ff.de procurat.l. qui proprio.§. procurator.
verſic.pœnam. †Item ſi procurator vel geſtor negotio- 2
rum indebitum ſoluit, ſibi imputari debet: non autem
domino,cuius adminiſtrationem gerebat:vt ff.de nego.
geſt.l.ſi quis negotia.ᵇ †Item ſi vnus ſociorum condem B
natus fuerit propter delictum ſuum, non poterit pœnā 3
propter delictum ſolutam ſocietati imputare,quia propter culpam ſuam ᶜ ſibi potius imputari debuit quàm C

maiora expreſſis.& in c.qui ad agendum.ſ.eo.de procurat. & in cle.non poteſt.de procur.& Alex.conſi.xlij.col.vj.verſic.ix.lib.j.

Adde inquantum quærit an renuntiatio caſus fortuiti valeat. de quo & an hec caſu comprehendat caſum qui venit culpa aduerſarij, vide Rom.ſing.cccxxxx. incip.tu ſcis caſum.quid ſi res ſibi fuerit data æſtimata? vide Bald.in l.j.q.ij.C. commo. vbi de hac ommino.& in l.ſi paſcenda. nu.vij.ver.quærit hic Petrus.C.de pact.& ad ſecundam partem apoſtil. vide Ant. Corſet. ſing.ſuis.in ver. ſtatutum.incip. non vnum dictū. & dixi in tract. meo regularū. in verſi. regula generalis.verſi. xv. & præcedē.

A Adde, an dolus futurus vel præteritus, poſsit in contractibus, vel vltimis voluntatibus remitti. Barto. in l.ſi vnus.§.illud. & ibi Baldus Angel.& Alexā.ff. de pact.& Bart. in l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber.leg.& Cyn. & Bald.Salicet. Paul. de Caſtr. & Alexan. in l. ij.C.de tranſac. & Alex.in l.ſub prætextu.col.vlt. C.eod.tit.& Bald.in l. cum neceſsitatem.C.de fideicommiſ.& Alex.conſi.clvij.colum.ij.verſi.nec etiam.lib.j.& in conſil.clxiiij.col. ij.in prin.vol.v.& deciſ.Parlamenti Gratianopol.Delphin.q.cccccxv.

B Adde Bart.& Bald.in l.ſi quis negotia.hic alleg. & in l.ſi neg.eod.tit.& Ioann. Andr.Philip.Franc.& Moder.hic.

C Adde de qua culpa teneatur ſocius ſocio ſuo. Alex.in conſil.xvij.colū.j.& iiij. vol.j.& in conſilio cij.col.j.lib.ij.& etiam de qua culpa teneatur procurator, vide Alexan.in d.conſi.xlvij.in prin.





alij.ff.pro ſocio.l.cū duobus.§.vlt.& l.ſeq. ¶ Et ad iſtius
regulæ generalis conſtitutionē accedit.ff.rem ratam ha
beri.l.ſi ſine.§.cum autē.de inſtit.l.ſed & ſi quis.§. pupil
lus.& familiæ erciſcundæ. l. inter eos cohæredes.§. qui
ex facto.Sed opponitur & videtur† quòd quis poſsit im-
4 putare alij damnum quod ſua culpa ſentit.ff. pro ſocio.l.ſi
igitur. Sed dicendum eſt quod aut alij poteſt imputari culpa participationis cauſæ propter quam damnum ingeri
tur,aut non poteſt imputari:tūc habet locum quod dici
tur.in d.l.igitur.in fi. Si non poteſt imputari,tunc proce
dit quod continetur in regula & ll.ſupradictis.Dyn.

## In reg.Infamibus.Argumenta.

1 *Infamia duplex,iuris & facti,& quæ ſit infamia iuris.*

2 *Infamia facti quæ dicatur, & qualiter contingat.*

3 *Interdictum vnde vi etſi non infamat iure, exiſtimationem tamen grauat.*

4 *Filius quis in patris teſtamento increpatur, in exiſtimatione grauatur.*

5 *Infames,in dignitatibus cum viris integris non debent communicare.*

6 *Infamia nedum impedit,ſed & remouet à dignitate.*

7 *Infamia ſola delatione citra ſententiam non irrogatur.*

8 *Infamis an poßit eſſe arbiter.*

### REGVLA LXXXVII.

INFAMIBVS *portæ non pateant dignitatum.*

1 ¶ † INFAMIA reperitur duplex, ª vna iuris.& alte
A ra facti. Infamia iuris appellatur illa quæ irrogatur per
ſententiā in caſibus illis in quibus iure cauetur condemnatum eſſe infamem.vt patet in eo qui furti.vi bon.rap.
iniuriarum, de dolo malo damnatus pactúve fuerit. &
in aliis caſibus qui enumerantur ff. de his qui no.infam.
2 l.j.† Infamia verò facti appellatur quæ grauat opinio-
B nem apud bonos ᵇ & graues:& illa contingit multipliciter. vel quia damnatur quis actione, ex delicto deſcendente, quod infamiam iuris non irrogat:vt in cōdictione furtiua,quam certum eſt infamiam iuris non irroga-
3 re.ff.de actio.& oblig.l.ceſſat.† Item interdicto vnde vi,
quod ſimiliter non irrogat infamiam iuris.ff.de vi & vi

A Adde, ad princ.huius apoſtil.Bal.in l. pe. §.nauem.ff.pro ſocio. & in ſi.vt certo.& ibi Doct.§.nunc videndum.ff.commo. Bar.in l. ſi duo. ff.ſi quis cau. & in l.ſi de communi. & ibi Floria. ff. ſi ſerui. ven. & Baldus conſilio xxxj. incip.in Chriſti noīe,amē, proponitur quodā mercatores. & omnino Ang.de Periglis.de ſeruitio,in ſuo tract. de ſocieta te. paulò poſt princ.

A Adde quotuplex eſt infamia & qui infamet. Bart.Bald.& ibi Alex.in addi.ad Bart.in l.j. ff.de his qui no.infa.Et de multiplici genere infamiæ, vide Bal.& Iaſ. in l.cunctos populos.in v.opp. C.de ſum.Trin. & Bal.in c.j. an remoue.debeant teſtes qui pares eſſe debuerint. & rex.&gl.in c.infames.ver. porrò.in qō.vij & Card. Alexā.in ſumma.50.diſt.col.antepe.multum ſing.&Io.de Plat.in l.infames.de infam.li. x.& Bal.in ſua Margarita,in litera,infamia.Calder.in conſil.j.tit.de accuſat.

B Adde quid ſit infamia iuris,& facti Doct.ſ.proximè alle.& pulchrè per Fely.

arg.l. neque tamen grauat opinionem apud bonos, &
graues: vt ff.de obſequiis.l.honor.& l. parẽs.& l.licet.† 4
Item ſi pater in teſtamento filium increpauit, vel iudex
interloquendo dicerat aliquem malæ vitæ. vt C.de his
qui no.infamia.l.interlocutio.& l.verbis.Item ſi aliquis
qui turpiter viuat, & propter turpitudinem ab honeſto-
rum cœtu ſegregatur: vt C.de dignitatibus.l.ij.lib.xij.Et
de qualibet prædictarum infamiarum loquitur regula:† 5
quia non debent in dignitatibus homines infames qua-
cunque infamiæ ſpecie, cum hominibus integræ famæ
participare.C.de decur.l.infamia. [a] &l.ne quis.&de in- A
fami.l.infames perſonæ.lib.x.& ff.de poſtul.l.j.§.ait p̄-
tor.& de iudi.l.cùm prætor.§.non autẽ.& ad legem Iu-
liam.de vi publica.l.j.& d.l.ij.C.de dignitatib. lib.xij.a-
deò† quòd non ſolùm impedit prædicta infamia, ſed e- 6
tiam facit à dignitate habita remoueri.C.de decur.l.in-
famia.libr.x.& de dignitatibus.l.iudices. lib.xij.Sed ob-
ſtare videtur regulæ.ff.de muneribus & honorib.l.reus
delatus.† ſed dicendum eſt quòd per ſolam delationem 7
abſque ſentẽtia non irrogatur infamia: nihilominus ta-
men à tempore delationis vſque ad annum prohibetur
ad honores [b] promoueri: poſt annum verò non prohi- B
betur, niſi per ipſum ſteterit, quominus cauſa intra an-
num expediretur, vt ibidem patet. † Et ſi oppo.de arbi- 8

poſt And.Barb.in c.teſtimonium.in fi.iiij.col.cum ſeq.de teſt.qui ſequitur Dyn.hic & Bal.in l. fratres.C.de inoff.teſt.vbi vide quos effectus habet.

A Adde quòd infamia quælibet non ſolum excludit à dignitate conſequenda.vt l.ij.de dignit.& ibi Bart.& Io.de Plat.& Luc.de Penna.lib.xij.ſed profectè à dignitate habi.vt not. Bartol.& Ioan.de Plat. in l. infamia. de decur. Et vide Inno.& Doc.in cap.cùm oporteat de accuſat. etiã ipſo facto ante latã ſententiam. vt tenet Ludo. de Rom. in ſuis ſingul. in verb. infamia.per text. in l. Iulij.§.miles. & ibi Ludo. Bol. in primis interpret. ſing. ff.de his qui no. infa. & Philip. Franc.hic.&deciſ.Capel. Tholoſ. quæſtione clxxiij.

Adde quòd voluit allegare Rom.ſin. ccccc xl.aliâs cccccl x. incip. fuit à me quæſitum. pro quo facit quod no.Specu.in tit. de poſit. §. vij. verſi. xix. quod tñ puto eẽ limitandũ, vt procedat tantũ in eo qui prouenit ex maleficio, non ex cõtractu, quia minor eſt.ſecundũ Bal.in l.in re mandata.C.mãd.& Inn.in c.quali & quãdo.de accuſ.Aduerte tamẽ ꝙ infamia facti licet repellat quẽ à dignitatibus habẽdis: vt no.in alleg.l.infamia.C.de dignit.lib.x.nõ tamẽ repellit à dignitatibus queſitis, niſi dicatur in ſentẽtia. ita not. Bal.in l.j.C.de hær.inſti. Guil.de Cug.in l.cunctos populos.nu.v.& ibi dixi in apoſt. in ver.à dignitate.C.de ſum.Trin.Iac.Reb.in l.j.nu.j.vbi etiam dixi in addi.in ver. ab honoribus & dignitate.C.de infa.lib.x.dixi in apoſt.ad Pan.in c.ſuper eo. nu.ij. in ver.impedit.de elec.& Paul.de Caſt.cõſ.cxcvj.& qđ in dignitatibus eccleſiaſticis & beneficiis, vide quæ dixi in addit.ad iſtum.ſuprà in regul.beneficium. in verbo, homicidium.

B Adde an accuſatus pendente accuſatione poſsit promoueri, & conſequi honores & dignitates.Barto.poſt Dyn.in l.reus delatus.& ibi Lud. Bolog.in primis interpretat.ff.de mun.&honor.& Abb.&Felyn.poſt Maria.in cap.omnipotens.& de

tro

tro qui poteſt eſſe licet infamis. ff.de arbitr.l.penult.di-
cendum erit quòd eſſe arbitrum non eſt dignitas, cùm
nudam & ſimplicem cognitionem habeat,& iuriſdictio-
nem nullam. vt dici ſolet. ff.de re iudicata. l.ait prætor.
item ſi oppo.de procurat. qui in iudiciis poteſt eſſe licet
A infamis. [a] inſtitut.de exception.l.vltima. dicendum erit
quòd miniſterium procuratoris non eſt dignitas, ſed
onus infamiſsimum & viliſsimum.vt C.de decu. l.ſi quis
procurationem.lib.x.Dyn.

## In reg.Certum eſt. Argumenta

1 *Legem implere non dicitur qui verba ſequens mentem non imitatur.*

2 *Legis ſententiam non ſeruans eadem pœna plectitur qua qui facit contra eiuſdem ſententiam & verba.*

3 *Fraus quibus modis fieri ſoleat legi.*

4 *Mutuans frumentum vel vinum, vt his diſtractis pecunia habeatur, fraudem facit legi.*

5 *Præſides prouinciarum quæ munera à ſubditis accipere poßint.*

6 *Maritus donans vxori quando fraudem faciat legi.*

7 *Fraus quando de perſona ad perſonam legi dicatur fieri.*

8 *Licere nemini debet per alium. quod non licet per ſeipſum.*

9 *Fraus qualiter fiat legi de contractu ad contractum.*

10 *Fraus legi poteſt fieri de nomine ad nomen de tempore ad tempus, & de loco ad locum.*

11 *Legis verba an offendere liceat ſententia ſeruata. & numero 12.*

13 *Mens legis ſeruari debet, ſi appareat verbis contraria.*

accuſat.& Ioan.Calder.in conſilio iiij.titulo de accuſat.

A Adde Ioan.Fab.& Angel.Aretin.inſtitut.de exception. §.fina.& Ioan.de Plat. & Luc.de Penna in l.ſi quis procurationem.de decurion.libro decimo.& Bald.in l. Caſſius.columna iij.verſicu.& not.ff.de ſenator.vbi dicit quòd interdum officium procuratoris eſt viliſsimum, & non repellitur.vt dicto §.fina.de exception.inſtitu. aliquando eſt honerabile, vt eſſe procuratorem regis vel epiſcopi.& tunc repellitur infamis. vt cap. accedens. & ibi Cardinal. Alex. colum. vlti. 5o. diſtinct. & v.q. iij.cap. quia epiſcopus. & adde Specu.titulo de procuratore.§. primo.verſicul. item quòd infamis.& Ioann. Andr. & Anto. de Butr.in cap. Imperator. de iuramen.calumniæ. & ibi Abb. & in cap. ij.de iudi. Quid de officio tabellionis? dic quod eſt vtile. & not. in l. vniuerſis. & ibi Ioan.de Pla. C.de decu. lib.j. niſi tranſeat in ſpeciale nomen maioris officij. vt l.prima.C.de mand.princi.& vide Bald.in dicta l.Caſſius.& Bartol. & ibi Alexand.ad addit.in l.ea. ff.ad legem Iuliam repet.& Ange.Aretin.inſtitu.de iure perſon.§.ſerui.& Oldrad. conſi.lxxv. & Ange.conſilio cclxxxiiij.& Anton.Corſ.in tractat.de poteſtate regia.in quæſt. xcv.vbi ponit de conſiliario & coquo ac procuratore principis.& de procurat.ad-de Ludo.de Rom.in ſuis ſingu.fol.vlt.& colum.vlt.verſicu.tu habes.& Ludo.Bolo. in l.nemo.C.de dignit.libro decimo.in primis interpret.& Ioan.de Plat. in l.infamia.de decurion.libro duodecimo.& ibi de arbit.& per Barto. & Bald.in l.penult. ff.de arbit.& an infamia priuet ab aduocatione ſeu poſtulatione. vide per Ioann.

REG.

de Plat.in dicta l.infamia.& Barto.& Bald.l.j.§.ait prætor ff.de Poſtulan.& de ſupredictis,vide in cap.i.iij.quæſt.vij.& deciſio. Parlamenti Delphinalis. quæſtione lxxxix.& ibi in addit.& quæſt.xc.& in addi.& vide Calder.in conſil.ij. titul.de fide inſtrumen.in notario ſatis nota.& ibi de arbitrio,& procuratore.

Adde quod voluit allegare Rom.ſingu.ſuo dcccx. quod incip.tu habes officium. quòd officium procuratoris,& quando loquitur de coquo principis,an habeat dignit. dic quòd ſic,vt not. Bald.ſingula.in cap.primo.quis dicatur Dux, Com. vel Mar. in vſibus feudo. refert & ſequitur Rom.ſingu. dclj.incipiente, nunquid eſſe coquum. Felin. in rubri.de officio deleg. colũmna v.verſiculo tribus modis. & Francif. de Crema. ſingulari xcviii.incipiente, ſtatuto cauetur.

## REGVLA LXXXVIII.

*CERTVM eſt quòd is committit in legem, qui legis uerba complectens, contra legis nititur uoluntatem.*

¶ †SICVT facere ſecundum verba legis,& ſecundum 1
ſententiam, item ſecundum ſententiam tantùm, verbis
non ſeruatis paria ſunt: vt ff.de verborum ſignifica.l.no-
minis. §. verbum. Ita econtrario facere contra verba &
ſententiam, & facere contra ſententiam tantùm, paria
reputantur.& is eſt regulæ intellectus, vt probatur C.de
leg.l.non dubium.ff.de leg.contra legem.& l.fraus. †Et 2
ideo illa pœna punitur faciens contra ſententiam, qua
punitur faciens contra verba & ſententiam. de d.l. non
dubium. vt patet exemplum in omnibus modis in qui-
bus fraus fit legi. † Hi autem modi propriè intelligendi 3
ſunt quatuor de re ad rem, de perſona ad perſonam, de
contractu ad contractum. Item de contractu ad eundem
contractum.ſed non eodem modo, & propterea videtur
alius contractus,& fraus facta de contractu ad alium con
tractum,de re ad rem,prohibitum eſt per ſenatuſconſul.
Maced.pecuniam mutuare filiofami. †Si ergo non mu-
tuatur pecunia, ſed frumentum, vel vinum, vel oleum, 4
vt his diſtractis pecunia mutuetur, factum videtur con-
tra voluntatem ſenatuſconſulti, licet non contra verba:
& ideo filiofamiliàs [a] ſubuenitur. ff. ad ſenatuſconſul- A
tum Macedonianum. l.ſed Iulianus.§.mutui. † Item eſt 5
prohibitum ne præſides prouinciarum vel alij qui
prouincias regunt accipiant à ſubditis munera: Sed
permiſſum eſt quòd percipiant eſculenta & poculen- B
ta. quæ intra paucos dies conſumi debeant: [b] ſi ergo

A Adde quando filiusfamilias iuuetur Macedoniano.tex. Cald.Salicet.& Iacob. de Oriſianis.in l. Macedoniani.& in l. Zenodorus. C. ad Maced. & in l.ſed Iul. §.pen. ff.eodem tit. & quæ dixi in regula,nemo poteſt ad impoſsibile.

B Adde Bartol.Bald.& Ange.in l.ſolet.§.fina.hic alleg.Innocent.Ioann.Andr.& Abb.in cap.cum ab omni.Specu.de vita & honeſtate clericorum.& dominus Petr. de Ancharan.& Philip.Franciſc.in cap.ſtatutum.§.inſuper. de reſcrip.libro ſexto, vbi eſt text.celebris.

recip



recipiunt eſculenta & poculenta quæ trahi poſſunt ad
munerum qualitatẽ videntur verba amplecti,ſed offen-
dere voluntatem dicuntur,vnde faciunt fraudem legi de
re ad rem.ff.de offic.proconſul.l.ſolet. §.fina.& de offic.
præſid.l.plebiſcito.de perſona ad perſonam patet exem
6 plum † in marito, qui non poteſt vxori donare: nam ſi
donat alij, vt eius miniſterio quæratur vxori,fraus vide-
A tur facta de perſona ad perſonam. [a] Et propterea non
valet donatio: vt ff.de donatio.inter virum & vxorem.l.
ſi ſponſus.in princip. & l.iij.§. non tantùm. & §.vltimo.

A Adde Bald.in l.ſi ſponſus.in princio.ff. de donation.inter virum & vxorem. quod not. contra Bituricenſes. qui licet de iure & conſuetudine non poſsint donare vxoribus, aliis tamen amicis de quibus confidunt donant, vt inde illorum miniſterio ad vxores res donatæ perueniant.quia tales donationes ſunt nullæ. Et ſimili modo donationes per vxores factæ viris ſunt nullius efficaciæ. vt l. tertia. §. non tamen.& l. penultima.cum l.ſequenti. ff.de donation. inter virum & vxorem. & vide quæ latè dixi in libro Conſuetud.Biturigum, titu.de matrim. & donat. §.primo & quarto. & per Alexan. conſilio xix.columna ſecunda.volum.iiij.& quæ ſ.eod.poſt ſequen.addi dicam ſuper verbo,venditio.& Ange.in conſilio v. Quid ſi maritus donauerit vxori conſtante matrimonio pretioſa iocalia ſeu bagas de perlis,gemmis margaritis,& aliis lapidibus pretioſis,an ſoluto matrimonio per mortem viri lucretur dicta iocalia? vide Bartol. in l.prima.§. nec caſtrenſ.ff.de collat.bonor.& in l.quamuis.ff.de auro & argento. & Bald.in l.cùm te.C.de donation.ante nuptias.& Dyn.Barto.Bald.Ange. & Alexand.& modern.in l.penult.§.j.ff.ſoluto matrimo.& Salice.in l.ſicut. C. de donat. inter virum & vxorem.& Alexand.conſil.xxx.colum.penult. propè finem quarti libri.& Bartol.in conſil.incip.filius Petri de Florentia.& in tractat.ſuo de duobus fratribus,& in alleg.l.filiæ cuius.C.famil.erciſcun.& Franciſ. de Crema. in ſuo ſingul.lxiiij.& Alexan.in conſi.xlij.colum.v.in fin.cum ſequen. lib.j.in aliquibus locis reperies aliam. Quid de veſtibus & coctis (quas lingua Occitana Gonellas vocat) & fatui mariti in numero grandi, vxoribus condonant & illas & bagas propter conſuetudinem vel contractum ( vt plerunque in ipſo opponi ſolet ) per mulieres fortè introductam poſt mortem maritorum volunt præcipuas habere, & lucrari vnà cum dote & donatione propter nuptias ſiue doërio ac de Turo. Pariſ. intantum quòd nihil aut parum remaneret liberis ære alieno ſoluto non caperent: & ideo caueant decæterò mariti.licet enim non debeant lucrari,quia tales donationes talium iocalium pretioſorum non valent factæ conſtante matrimonio, illa iocalia & veſtes non veniunt in legato quæ non conueniunt mulierum ſtatui & conditioni, vel quæ ſtatuto portari vetitæ ſunt: vt tenet Bartol. in dicta l.quis. & locus ſ.alleg.nec æſtimatio debetur.licet Bal.in dicta l.cum te. teneat contractum bonum, profectò eſſet quòd rex in regno vel epiſcopi in diœceſibus eorum interdicerent ſtatum mediante mulieribus maximè plebeiorum portare veſtes ſuperuacuas.vel nimis ſumptuoſas,vel infeſtantes ad immunditiam. argumento l. cum ſupra.C.de re milita.libro duodecimo.& in authentic.de referen. vbi dicitur quòd excedere modum nihil habet honeſtum, licet non ſit mulieribus de iure prohibitum portare veſtes pretioſa.vt l.prima & ſecunda.& ibi Ioann.de Plat.& Luc. de Penna.C.de veſt.oleber.& in l.j.nemini licere in frenis libr.vndecimo.tamen propter mala exempla,ſcandala & paupertates quę exinde ſequuntur.quia plerunq;

¶ Et

¶† Et generaliter dici poteſt, ſcilicet fieri fraudem de 7
perſona ad perſonam, vbicunque perſona prohibita fa-
cit contra prohibitionem alterius miniſterio: quia vide-
tur offendi legis voluntas. †Cùm non debeat licere ali- 8
cui facere per alium quod non licet per ſeipſum. ff.de
adminiſtr.rerum ad ciuit.pert.l.ij.§.j. & de author.tuto.
l.pupillus.§ ſed & ſi per interpoſitam. l.& ad Macedon.
l.filium.& C.quod metus cau.l.ſi per impreſsionem †fit 9
etiam fraus [a] de contractu ad contractum. vt ecce mari- A
tus qui non poteſt donare, fingit ſe vendere cum aliàs
vendirurus non eſſet. Nam non valet venditio,[b] quia B
contra legis voluntatem nititur, ſi aliàs venditurus non
erat: aliàs valeret venditio, niſi quatenus contractus in
ſpeciem donationis incideret. ff.de donatio.inter virum
& vxorem. l.ſi ſponſus.§.circa. Fit etiam fraus de con-

ad intertenendum talem ſtatum, quem inopia excuſat, manutenendum, plures ſe in grande meritorum parentum dedecus proſtituunt. eſſet ita ſtatuendum: vt no. Bald.in procem.Grego.in ver.violentos.col.v.in fin.cum ſequen. Ioan.And.in regul.ea quæ fiunt ī.eodem titu.& Alber.de Roſat.in l.factum à iudice.ff.eodem. & in ij tempore ſtat.quæſt. cxcvij. & deberet tale ſtatutum eſſe quod mulieres non poſſent etiam portare margaritas & perlas, catenas, annulos, teſſutos, & bagas veras vel fictas, ad tollendum opi. Bart. l.j.§.hoc interdictū. ff.de fonte. quia tale ſtatutum intelligere debetur de veris & non fictis, quando nihil dictum eſt de fictis. & idē tenet Franci.de Cre. in ſingula. lxxxij. licet Ludo.de Ro.in repe.§.de viro.l.ſi verò.ff.ſolu.mat.in fallent.xxij.teneat contrarium Barto.& idem Alexand.in addit.ad Barto.in dicto §.hoc interdictum. quòd etiam de fictis intelligeretur, ſicut de veris & idem Barto.in conſi.xxxix.lib.ij.& non ſolùm de veſtib.mulierum, ſed etiam virorum, præcipuè eccleſiaſticorum pariter eſſet ſtatuendum. nam prodigalia.c. veſtimenta modernus abuſus induxit. ſecundum Bald.in c.iurauit.col.vlt.verſi.ſanè.de proba.vnde Rober.Gagui.in Chronica Francorum ſic ait: fuiſſe enim hoc tempore per Franciā veſtimentorum nimiam deformitatem, omnes aiunt, ita vt iaculatoriam vitam (vt ſic dicam) agere Francos à veſtibus iudicares. Crediderem non defuiſſe illis & laſciuiam atque ſuperbiam quotidiana gentis mala. Itaque continuo vix decennio vnius modi indumentum ſeruat nouitatis ſemper ſtudioſa: atque vel anguſtia, vel laxitate. item breuitate ſeu longitudine veſtimentorum Galli peccant ſemper. & vide Valer. Maxi. lib.ix.cap.j.titu.de luxuria.verſicu.de mul.Rom.

Adde q. vbi ſtatutū non prohiberet mulieres, vti talibus indecentibus indumentis, ius tamen illud expreſsè prohibet: vt not.Iac.Reb.in l.fortiſsimis.nu.1.& ibi po. in add.ad ipſum in ver.debet eſſe maioris pretij.C.de milit.ver.lib.xij.not.Spec.in tit.de aduoc.§.reſer.videtur.in prin.& Flo.in l.ſed & ſi quid.§.emanc.ff.de vſufru.

A Adde quòd fraus ſit legi de re ad rem, de contractu ad contractum, de perſona ad perſonam.gloſſ.& Aret.in cap.plerique.xiiij.q.iij.& Ioan.Andr.hîc in Mer. & Barto.& docto.in l.contra.ff.de leg.& Cyn.Bald.& Salic. in l.non dubium. C.de leg.& doct.j.in vlti.addi.alleg.& gloſſ.& docto.in cap.quanto.de priuileg.ſignanter per Ioan.And.& per Barto.& doct.in l.qui teſt.ff.de prob.& Bald.in l.hac edictali.in fin.princ.C.de ſecund.nup.in antiq.lect.

B Adde Bald.in l.ſi ſponſus.§.circa venditionem.ff.de donat.inter virum & vxo.

tractu



tractu ad eundem contractum, vt cùm mulier vellet pro
alio intercedere, actū eſt vt principaliter obligationem
ſuſcipiat, vt non iuuetur beneficio Velleiani: nam nihi-
lominus iuuatur, cùm reuera intercedere videatur. ff.ad
10 Velleia.l.quamuis. & l.ſi cùm eſſem. ¶ † Dicunt etiam
quidam Doctores quòd fit legi fraus de nomine ad no-
men, & de tempore ad tempus, & de loco ad locum: ſed
mihi non videtur probabile dictum: quia ſi quis rectè
reſpexerit, ſunt reducibiles ad prædicta vel ad aliqua de
prædictis: & ideo non eſt ponere nouas ſpecies, ſed con-
11 tingentias ſpeciales. ¶ †Quæri autem ſolet an liceat of-
fendere verba legis ſeruata ſententia? Et quidam dicunt
quòd non.ff.de exercit.l.j.§.ſi is qui nauem. & qui, & à
quibus.l.proſpexit legiſlator. econtrà q liceat, videtur
apertè.ff.qui petant tuto.l.credendum. & de excuſ.tuto.
l.ſcire oportet.§.aliud.& quia ſenſum non verba ſpecta-
mus.ff.de condi.& demonſtr.l.pater.in princip.§.condi-
12 tionum verba.& l.in conditionibus, &c. ¶ † Solet au-
tem magiſtraliter dici, quòd ſi appareat aliam mentem
eſſe, & eſt reducta in ſcriptis, tunc licet offendere verba
ſeruata ſententia. Si verò non appareat, tunc non licet.
ff.de leg.iij.l.non aliter. & de exerci.l.j.§.ſi is qui. & de
teſt.mil.l.quòd conſtitutum. mihi autem videtur, q cùm
mens nihil aliud ſit quàm ratio quæ legiſlatorē mouit,
tunc verba legis non extendantur niſi ad eum caſum ad
quē extendatur ratio.ff.de iure patr.l.adigere.§.quāuis.
13 de re milit.l.milites agrum.circa princip. †& videtur q
vbicunque conſtat de ratione legis, ſeu de mente verbis
A contraria, licet offendere verba, mentē ſeruādo. [a] ff.qui

Quid ſi maritus confitetur ſe mutuo ab eius vxore habuiſſe animo donandi certam pecuniæ ſummam, & poſt mortem viri vxor repetat, an poſsit: dic quòd non per d.§.circa venditionem.& maximè ſi conſtaret vxorem cōſtante matrimonio nulla bona præter dotem habuiſſe, aut aliàs cum alio viro prius matrimonium non contraxiſſe ex quo fortè non habuiſſet vel lucrata fuiſſet iure vel iniuria vltra dotē aliquid. aliàs autē ſecus eſſet præſumēdum quòd ex delictis bonis mutuaſſet viro, niſi eſſent aliquæ cōiecturæ: quia nimis fuiſſet eius amore bacchatus: vt inſtit.de ſucceſſ.ſybla.in fi.vel blanditiis & ſuaſionibus mulieris ad id faciēdum inductus: vt l.ſi.cum ibi no. C.ſi quis aliquem teſta. prohi.vide Bal. in l.hac edictali.in fi. prin.C. de ſecun.nup.in lectu.antiqua.

A Adde Bartol.in dict.l.contra. qui ſequitur Dyn. hic & Bald.vbi ſuprà. & vide hic Philip.Franc. colū. prima. & Abb. Sicul. in conſil. j. columna iij. vltimo adduco pulchrum motiuum.libro j.quod elicit ex dictis Cyn.in l.non dubium.C.de legat.& Bald.in l.ſcire.de excuſatio.tut.& in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& tale quòd ſolùm debemus recedere à verbis legis & ſeruare mentem, vbi mens eſt expreſſa. ſed etiam vbi mens, ſeu ratio, non eſt in lege expreſſa, dummodo illa ratio præfinita ſit naturalis, & naturaliter, & communiter poſsit probari per ſimile. per quam rationem etiā ſi lex eſſet, contrariū imaginari poteſt. vt no.in d.l.ſcire.§.ſufficit.de excuſ. tut.dicit ibi text.ex naturali inſtitutione.& latius vide in dicto conſilio per Abbat. Et quod

T per.tut.

idem ſit mens & ratio legis, vide Bartol. in l. cûm mulier. & ibi Modern. ff. ſoluto matrimonio. & Alexand. in l. ſororem. columna prima. C. de his quibus vt indign. Bald. conſilio cccxcix. col. ij. lib. j. & in l. Gallus. §. nunc. de leg. in fin. ff. de lib. & poſthu. vnde dicit Bal. in l. quamuis. ff. de fideicommiſſ. per illum textum. quod vbi vna ratio reddi poteſt, illa habetur pro expreſſa. & iſtud voluit Abb. in cap. fina. de re iudicat. & Battol. in l. maximum. C. de liberis præteritis. & Abb. in capit. ſecundo requiris. de appellation. & Alexan. dicto conſil. lij. colum. quarta. verſicu. v. plus volumin. iiij. & Andr. Barbat. in repet. rubricæ de fide inſtrumentor. columna ix. & ſequen. Et quando lex ex identitate rationis poſsit extendi, pulchrè Ludo. Roman. in repet. authent. ſimiliter. colum. xxij. cum ſequen. C. ad legem Falcidiam. Nicolaus Boërius.

pet. tut. l. credendum. circa principium. dicta l. ſcire oportet. §. aliud. & ita credendum eſt intellexiſſe Doctores, cùm effectus verborum ſemper trahantur ad limitationem rationis, & non econtrà. ff. de lega. & fideicommiſſ. ſecundo. l. cùm pater. §. dulciſsimis. & de legat. tertio. l. nomen. §. vltimo. Dynus.

¶ Explicit celebris & ſolennis Tractatus de regulis iuris, à famoſiſsimo I.V. monarcha domino DYNO de Muxello æditus. Vnà cum additionibus Do. Nicolai Boërij vtriuſq; iuris Licent. de Monte peſſulano oriundi, curiæ Metropolitanæ & primitialis Bituricen. aduocati. deinde magni conſilij Regis ordinarij conſiliarij. poſtremò Præſidis Senatus Burdegalenſis.

* *
*

LVGDVNI,
Excudebat Ioannes d'Ogerolles,
1556.

UNIVERSITARIA DE GRANADA